

ELUCIDARIUS  
DIALOGICVS  
OMNIBVS SACRÆ  
THEOLOGIÆ  
STVDIOSIS, PERV-  
tilis & necessarius, infini-  
tarum & quidem antiquarum  
quæstionum nodos accu-  
ratè explicans.

Hæc postrema editione sumptibus & in-  
dustria Generosi Domini  
IOANNIS WOLSKI,  
Superintendentis Generalis Theloneo-  
rum Regni & quarti grossi, ex ultimo  
incogniti Authoris exemplari, il-  
lustratus & auctus.

POSNANIÆ,  
In Officina Ioannis Wolrabi. 1625.

In stemma Illustris ac Reuerendi Domini  
**D. IOANNIS TRACH**  
Gninski Episcopi Ennensis, Suffraganei  
& Archidiaconi Polnaniensis.



Quis te magne Draco, nitido diademate  
adornat;

Amphitryoniadis fortior arte foret!

Victor né an victus? fors trina per arua tri-  
umphas?

Victus. Me Gninski sacra tiara ferit.

Toxica stillabas per amœna vireta piorum,  
Pœna, apagè, en tibi sunt, styx, diadema  
ferox.

ILLVSTRI AC REVERENDIS  
SIMO DOMINO,

D. IOANNI  
TRACH GNINSKI,

*Dei & Apostol Sedis Gratia*

EPISCOPO ENNENSI,  
SVFFRAGANEO & ARCHIDIACONO  
Polsnaniensi, Domino ac  
Patrono dignissimo.

IOANNES WOLSKI SVPER-  
intendens Generalis Theloneorum  
Regni & quarti grossi, salutem ab  
eo qui est vera salus.



*IV latencem hanc*  
*libellum infra dome*  
*sticos parietes, IL-*  
LVSTRIS ac RE-  
VERENDISIME

*Domine, cum aliquociens nocturna di-*

urnaꝯ peruolutaſſem manu, & in eo profundas Theologiae veritates ore humano pene dixerim inexpli- cables, comperiſſem, protinus mecum cogitare cœpi, quam ratione opus tam vtile in lucem emitterem, quo & mihi & aliis Sacrarum literarum cultoribus quandoq; poſſem prodeſſe. Mouebat animum meum author Anonymus, qui neſcio qua ſorte, quo- ue in uentore ſuppreſſo nomine, tot ſu- blimia enarrauit & docuit. Moue- bat animum excellentia materiae de qua agitur, continet enim in compẽ- diu, totius fidei orthodoxæ deſenſio- nem, myſteriorum determinationes, Patrum teſtimoniis roboratas, ſa- crorum Canonum legibus firmatas, ſummorum Theologorum & quan- doq; legiſtarum ſententiis munitas. Quid miles? In libello hoc agnus bumilis ſicco pertransit pede, & ſu- perbus

perbus elephas demergitur. Mouebat insuper animum, vebemens illud desiderium signo aliquo testandi meam erga Te obseruantiam & pietatem, conceptum iam inde, a quo tempore clarissimo Episcopatu Posnaniensi suffragari non desinus, quo in bono re ita prudenter actiones singulas moderari, vt te omnes mirifice colant, venerentur, obseruent. Vnde mecum tacitus cogitavi: Pius labor, sed periculosa praesumptio. Prodeastamen opus in lucem, vt pote vniuersis diuinarum rerum affectantibus speculationem summopere necessarium ac vtile. Certe videreris mihi domo non egredi, sed intra musaeolū delitescere, si tanto priuareris Patrono. Il liber audacius, peruola in acrium Pontificis, qui summa natus humanitate, neminem vnquam ne offensus quidem repulit, jca omnes

potius adserapit & vocat. Audacius  
 dico, nemo enim conseret manus ad-  
 uersum te, ubi gestans tale Patro-  
 num improborū pericula euinces, por-  
 cumq̄ tenebis. Volumen meum, lacis  
 superciliis, & serena fronte, Illustri  
 ac Reuerendissimus Episcopus Ennen-  
 sis te suscipiet, quandoquidē recta mē-  
 te, aequoq̄ animo ad finē eius accur-  
 ris. Nam cur non aequo animo? Ego  
 ipse oculator testis esse possum, Illu-  
 stris ac Reuerendissime Domine,  
 quantum me ad sperandum de tua be-  
 neuolentia à multis ferè annis semper  
 exerceis. Non enim aliter videris in  
 me affectus, atque in vnicum filium  
 pater, cui non modo omnem substan-  
 tiam impartiri solet, verumetiam  
 eò conatus suos dirigit, ut se illi me-  
 morem gratumq̄ prober. Nec solum  
 ante hac tua munificentia me deuin-  
 xisti, sed quod mirandum, in dies

magis

magis magisq̄ obstringere non cessas.  
Loquantur alii omnia de te, porro  
meum silentium mihi pulchrum, tibi  
iucundum fore, nemo est qui ear infre-  
cias. Unde non abs re futurum du-  
xi, opusculum hoc, quod ad commu-  
ne omnium emolumentum elucubra-  
ui, nomini tuo faustissimis dicare au-  
spiciis, maiorum nostrorum vestigiis  
inherens, qui frugum primitias diis  
offerre consueuerant. Nec mihi ob-  
eum labore Illustris ac Reuerendiss.  
Domine referri gratiam quæro, sed  
abunde relatam putabo, si placuerit  
ex me Tibi non dicam res ipsa, sed a-  
nimus. Vale Præsul dignissime, Vr-  
bis nostræ Pater & splendor, meq̄ am-  
plitudini Tuæ affectissimū in dilectio-  
nis tuæ gratia conseruare non dedi-  
gneris. Posnania 2. Ianuarij, An-  
no 1625.

ELV.





ELVCIDARII  
THEOLOGICÆ, IN-  
terrogatio Discipuli ad  
Magistrum.

LIBER PRIMVS.

**G**loriosissime Magister  
rogo, vt ad honorem  
Dei, & ad vtilitatem  
Ecclesiæ ad inquisita mihi ne  
pigriteris respondere. *Magister.*  
Equidem faciam quantum vi-  
res ipsæ dabunt, nec labor iste  
grauabit. *Discipulus.* Dicitur  
quod nemo sciat. Quid est De-  
us, & valde absurda videtur  
adorare quod nesciamus. Ab  
ipso quoque exordium sumam-  
us, & in primis dic mihi  
Quid sit Deus? *Magister.* Quā-

Vergili-  
us.

i. Aenci.

Deus qd.

A

tum

tum homini licet scire. Deus est substantia spiritualis, perpetua, tam inæstimabilis pulchritudinis, & tam ineffabilis suauitatis, vt Angeli qui solem septuplo sua vincunt pulchritudine iugiter in eum desiderant insatiabiliter prospicere. *Discipulus.* Quomodo intelligitur Trinitas vnus Deus, *Magister.* Aspice Solem, in quo sunt tria ignea, substantia, splendor, & calor, quæ intantum inseparabilia sunt, vt si velis splendorem segregare, prius mundum sole, & si iterum calorem temptas seiungere sole careas. In ignea igitur substantia intellige patrem, in splendore filium, in calore accipe Spiritum sanctum. *Discipulus.* Quare vocatur Pater? *Magister.* Quia fons  
& ori-

i. Petr. i.

Augusti.  
Cogni-  
tio.  
Trinitas.  
Ansel.

& origo, à quo omnia procedunt. Cuius sapientia filius appellatur. *Discipulus*. Quare filius. *Magister*. Quia ut splendor à sole, ita à Patre generatur. Amborum autem amor Spiritus sanctus nuncupatur. *Discipulus*. Quare Spiritus sanctus? *Magister*. Quia ab utroq; æternaliter procedens quasi ab eis spiratur illa itaq; vis diuinitatis, quæ omnia creanda parit Pater vocatur. Illa quæ omnia continet ne in nihilum dissoluantur, Filius appellatur. Quæ vero in spirando omnia viuificat & ornat, Spiritus sanctus nuncupatur. Ex Patre omnia, per Filium omnia, in Spiritu S. omnia. Pater memoria, Filius intelligētia, Spiritus S. volūta intelligitur. *Discipulus* Cum o-

Roma. II

mni potentia vel summa clemē-  
 tia de Patre procedat, quare nō  
 mater vocatur? *Magister.* Quia  
 generatio principaliter à Patre  
 procedit. *Discipulus.* Cum ve-  
 ritas vel sapientia de Filio di-  
 catur, cur non filia appellatur?  
*Magister.* Ideo, quia Filius simi-  
 lior est Patri quam filia. *Discip.*  
 Cur Spiritus sanctus amborum  
 filius non dicitur? vt vnus es-  
 set Pater, & alter esset mater.  
*Magister.* Quia simul & æqua-  
 liter ab vtroque procedit, &  
 ipse est vinculum totius Diui-  
 nitatis. *Discipulus.* Vbi habitat  
 Deus? *Magister.* Quamuis v-  
 bique potentialiter, in intelle-  
 ctuali cœlo substantialiter. *Di-  
 scipulus.* Quid hoc est? *Magister.*  
 Tres cœli dicuntur, vnum cor-  
 porale quod à nobis videtur,  
 aliud

Augusti.

Habita-  
tio Dei.Cœlum  
triplex.  
Ansel.

aliud spirituale, quod spiritualis  
 substantiæ sancti Angeli inha-  
 bitare creduntur, tertium intel-  
 lectuale, in quo Trinitas san-  
 cta à beatis facie ad faciem cō-  
 templatur. *Discipulus.* Quomo-  
 do Deus dicitur in omni loco  
 totus esse & simul & semper,  
 & in vno loco simul esse? *Ma-  
 gister.* In omni loco totus esse  
 ideo dicitur, quia in nullo loco  
 impotentior est quam in alio.  
 Ut enim in cœlo, sic potense est,  
 in inferno simul esse dicitur,  
 quia eodem momento quo in  
 oriente, eodem cuncta disponit  
 in occidente. Semper autem in  
 omni loco esse prædicatur, quia  
 in omni tempore cuncta mode-  
 ratur. Deus autem incorpore-  
 us est & ideo inlocalis, & id-  
 circo in nullo continetur, cum

Boetius.

Deus in-  
 corpore-  
 us, Actu-  
 um 17.

A 3

ipse

Scit Deus.  
August.

Deus loquitur.

ipſe contineat omnia loca, in quibus viuimus, mouemur, & ſumus. *Discipulus.* Scit Deus omnia. *Magiſter.* Intentum omnia, vt præterita, præſentia & futura, quali poſita coram proſpiciat. Et antequam mundū crearet omniū omnino & Angelorum & hominum nomina, mores & voluntates, dicta, facta, cogitationes, ac ſi præſentia præſciuit. Vnde Græce Theos, id eſt omnia videns, dicitur. *Discipulus.* Qualiter loquitur Deus Angelis & hominibus. *Magiſter.* Angelis intima inſpiratione, hominibus verò per Angelos. *Discipulus.* Cum Deus ſine initio fuerit, nunquid credendum eſt, quo ante creatum mundum, quaſi ſolitariam vitā duxerit? *Ma*

*giſter.*

*Magister.* Scriptum est, quod factū  
 est in ipso vita erat, in quo pa-  
 tet omnem creaturā fuisse sem-  
 per inuisibilem in Dei præde-  
 stinatione, quæ postea visibi-  
 lis, ipsi creaturæ apparuit in  
 creatione. Ut artifex qui vult  
 domum construere, prius tra-  
 ctat quomodo velit quæq; di-  
 sponere, & machina quæ post  
 surgit in ædificio, prius stabat  
 ingenio, Vnde dicitur, Deus  
 non esse antiquior sua creatura  
 tempore sed dignitate, *Discipu-  
 lus.* Quæ fuit causa vt create-  
 tur mundus. *Magister.* Bonitas  
 Dei fuit, vt essent, quibus gra-  
 tiam suam impertiret. *Discipulus*  
 Qualiter factus mundus? *Ma-  
 gister.* Ipse dixit & facta sunt  
 omnia. *Discipulus.* Dixit sono-  
 verborum. *Magister.* Dei dice-

Ioan. 1.

Augusti.

Mundi  
creatio.

Pfal. 32.

Pfal. 103.

Isidorus.

Eccl. 18.

Augusti.

Creatio.

Creator.

fecit verbo, id est in verbo omnia creare. Vnde dicitur. Omnia in sapientia fecisti. *Discipulus*. Fuit mora in creando. *Magister*. In ictu oculi, id est, quam cito possis oculum aperire. Vel potius quam cito acies apertis oculis possit & sentire lucem. *Discipulus*. Creauit per partes? *Magister*. Omnia simul & semel fecit, vt dicitur. *Qui manet in æternum creauit omnia simul*. Distinxit autem omnia per partes sex diebus, Tribus diebus elementa, & tribus ea, quæ infra elementa. Prima itaque die fecit diem æternitatis, scilicet spiritualem lucem, & omnem spiritualem creaturam. Secunda die, cœlū, quod spiritualem creaturam à corporali secernit. Tertia, Ma-  
 re &



re & terram. Aliis tribus diebus. Prima die fecit diem temporalitatis, scilicet Solem & Lunam, & stellas, in supremo elemento, quod est ignis. Secunda die in medio elemento, quod est aqua, pisces, volucres. Piscesq; in crassiori parte aquæ reliquit. Volucres vero in tenuiorem partem qui est aër sustulit aquæ. Tertia die bestias & hominem de ultimo elemento, id est, de terra condidit. *Discipulus.* Sentiunt elementa Deum? *Magister.* Nihil unquam Deus fecit quod insensibile sit. Quod enim quædam inanimata sunt nobis quidem insensibilia & mortua, Deo autem omnia viuunt, & omnia creatore sentiant. Cœlū quippe sentit eum, quia eius iussu

Hieron.

Augusti.

Omnia  
sentiunt  
Deum.

Psal. 135.

A 5

inces-

incessabili reuolutione semper  
circuit. Vnde dicitur. Quia  
cœlos in intellectu fecit. Sol &  
Luna cum sentiunt & stellæ,  
quia loca sui cursus inenarabi-  
liter seruando repetunt. Terra  
cum sentit, quia semper certo  
tempore germina & fructus  
producit. Flumina cum senti-  
unt, quia ad ortum vnde flu-  
unt semper redeunt. Mare &  
uentum sentiunt, quia & ei  
imperanti mox descendendo  
obediunt. Mortui cum senti-  
unt, quia & ad eius imperium  
resurgunt. Infernus cum sentit,  
quia quos deuorat, eo iubente  
reddit. Omnia bruta animalia  
Deum intelligunt, quia legem  
sibi insitam ab eo custodiunt.  
Hæc omnia per misteria An-  
gelorum fiunt. *Discipulus. Quid*  
*est*

Chrisost.

Gene. 2.

est quod dicitur. *Vespere & mane dies quartus & c. Magister.* *Vespere & finis iam consumati, immò, ordinati temporis & operis, mane autem incipientis vel potius ordinandi operis. Discipulus.* *Omnia aperitius edissere. Magister.* Primo igitur Deus præpotēs Rex cōstituit sibi præclarum palaciū, quod dicitur regnū cœlorum, deinde carcerem, id est hunc mundum, in quo exitialem lacum, id est infernum, ad quod pallacium prædestinauit certū quendam numerum electorum militum, quem nec liceret excedi & quem necesse compleri esset. Porro hunc numerum voluit constare ex Angelis & hominibus. Ipsum autem numerum determinauit in decem nouem

Augusti.

De cœli palatio.

Dionisi.

nouem quidem ordinibus Angelorum, & decimo hominum.

*Discipulus.* Quare nouem Angelorum? *Magister.* Propter

Trinitatem, in nouenario enim numero ternarius fit tertio re-

petitus. *Discipulus.* Quare vno hominum? *Magister.* Pro-

**Anselm.** pter vnitatem, vt vnitas in Trinitate ab Angelis & hominibus laudaretur, coleretur, ad-

raretur. *Discipulus.* Cur numerum electorum voluit tantum

constare ex Angelis? *Magister.*

**Gene. 2.** Duas principales creaturas fecit Deus, vnam spiritualementer

corporalem. Voluit ergo ab vtroque laudari de spiri-

tuali ab Angelis, de corporali ab hominibus. *Discipulus.* Quā-

do facti sunt Angeli? *Magister.* Cum dictum est. Fiat lux, Et

facta

facta est lux. *Discipulus.* Dixit  
 hæc verba Deus? *Magister.* No.  
 sed per hæc verba nobis illorū Psal. 10.  
Christost.  
 sublimis natura insinuatur dū  
 lux vocantur. *Discipulus.* Quæ  
 est natura Angelica? *Magister.*  
 Spiritualis ignis vt dicitur. Qui  
 facit Angelos de flamma ignis.  
*Discipulus.* Habent nomina An  
 geli? *Magister.* Tanta scientia  
 est in Angelis, vt non indige  
 ant nominibus. *Discipulus.* Mi  
 chaël, Gabriël, Raphaël, nor  
 sunt nomina? *Magister.* Magis  
 sunt agnomina ab accidenti ab  
 hominibus eis imposita, cum  
 ea in cœlis non habeant pro  
 pria. Vnde & primus Angelus De dyab  
 ab accidenti Sathaël, id est Deo  
 contrarius nomen accepit. *Di  
 scipulus.* In quo Deo contrarius  
 fuit. *Magister.* Cum se videret

omnes

omnes Angelorū ordines gloria & decore excellere, spretis omnibus voluit Deo æqualis fieri, imò maior existere. *Discipulus.* Quomodo vel æqualis maior? *Magister.* Meliorem statum quam ei dedisset vel voluit Deo invito abripere, & alij per Tyrannidem impetrare. *Discipulus.* Qui tunc? *Magister.* De pallatio propulsus est, & in carcerem detrusus, & sicut prius pulcherrim⁹, ita post factus est nigerrimus, qui prius omni honore splēdidissimus, postea tenebrosissimus, qui prius omni honore laudabilis, post omni honore execrabilis. *Discipulus.* Præsciuit casum suum? *Magister.* Minime. *Discipulus.* Quā diu mansit in cœlo. *Magister.* Non plenam horam, in verita-

Augusti.  
Ioan. 6.

te enim

te enim non stetit, qui mox vt  
creatus est cecidit. *Discipulus.*

Quare nō diutius ibi fuit? *Ma-*

*gister.* Ne aliquid de interna  
dulcedine gustaret, & id natu-

ræ suæ tanta maiestate v surpa-

ret. *Discipulus.* Num aliquando  
cum Angelis beatam vitam du-

xit, & id fastidiens abiecit?

*Magister.* Non, sed factus con-

tinuo superbia tumuit, & à lu-

ce veritatis se auertit, vnde be-

atæ Angelicæ vitæ dulcedinē  
non gustauit, quam non acce-

ptam fastidiuit, volendo acci-

pere deseruit, & amisit, ne ali-

quid de interna dulcedine v sur-

Anselm.

ualuis-

ualuisse, ipsi alius præferentur  
 in potentia. *Discipulus.* Quid  
 eis euenit? *Magister.* Cum eo  
 principes illorum proiecti sunt  
 in exitialem lacum. Alij autē  
 in hunc tenebrosam aërem, in  
 quo tantum, ut in inferno ar-  
 dentes, sumunt supplicium.  
*Discipulus.* Quare non omnes in  
 infernum? *Magister.* Ut electi  
 per eos probentur, & magis co-  
 ronentur. Reprobi autem per  
 eos seducantur, & in extremo  
 examine eius æterno incendio  
 tradantur. *Discipulus.* Quare nō  
 sunt reuersi? *Magister.* Non po-  
 terunt. *Discipulus.* Quare? *Ma-  
 gister.* Quia sicut nullo instigan-  
 te ceciderunt, ita nullo adiuuā-  
 te resurgere debuerunt, quod  
 eis erat impossibile, & aliud e-  
 is oberat, quia sponte sua mala

Spiritum  
 irreuer.

elegc-



elegerunt, iuste oblata est eis voluntas totius boni, & ideo non volunt, & quia nolunt, nunquam redire poterunt. *Discipulus.* Cur non redemit eos Christus sicut & homines? *Magister.* Angeli sunt omnes creati pariter, non ab vno Angelo, sicut homines ab vno homine nati. Ideo si Christus ab vno Angelo angelicam naturam sumeret illum solum redimeret, alij extra redemptionem remanerent. Nec solum illum redimeret quum mori non posset. Deus enim noluit pro satisfactione nisi mortem Angeli autem immortales, ideo irrecuprabiles permanserunt. *Discipulus.* Quare non creauit eos Deus tales ne peccare possent? *Magister.* Propter iustitiam vt ali-

Irrecup  
tabilitas  
eorum.

Arbitriū  
Angelo-  
rum.

B

quod

quod meritum esset, quo iuste remunerari debuissent. Si enim creati fuissent, vt non peccare possent, quasi ligati essent, & inde meritum non haberent, quod quasi ligati fecissent. Dedit ergo eis liberum arbitrium, vt sua sponte & vellent & possent eligere bonum, & si hoc voluntariè elegissent, iuste in remuneratione acciperent, ne vnquam peccare possent. *Discipulus.* Cū eos Deus tales præsciuit futuros, quare creauit eos? *Magister.* Propter ornatum sui operis, Vt enim pictor nigrum colorem substernit, vt albus vel rubeus clarior sit, sic collatione malorum, iusti clariores fiunt. *Discipulus.* Cur nō creauit alios Angelos pro eis? *Magister.* Alij Angeli non debuerunt

Gregori:

Anselm.

buerunt pro eis restitui, nisi tales essent, quales illi fuissent si permansissent nō visa vlla pœna peccati quod erat impossibile. Nam & illi peccauerunt.

*Discipulus.* Sciunt dæmones omnia? *Magister.* Ex angelica natura plurima in eis est scientia,

Scientia  
dæmo-  
num.

non tantum sciunt omnia, & quanto illorum natura omnium subtilior, tanto in omnibus peritiores sunt quam vllus hominum. Futura nesciunt, nisi quantum ex transactis colligunt, & quantum eos Deus sinit scire. Porro cogitationes & voluntates nemo scit nisi solus Deus, & cui ipse voluerit reuelare.

*Discipulus.* Sæpe cogitatio mala pro perfecto opere reputatur, num hoc ab illis ignoratur? *Magister.* Imaginationes, fanta-

sma, tum á se, immiffas, ab a-  
 nimabus concipi, & in cogita-  
 tionibus formari conſpiciunt,  
 quia alias quæ lux ſunt, mox  
 quædam tenebra obtegunt, ſpe-  
 cies autem virtutum à Deo im-  
 miſſas & in mente conceptas  
 non vident, quia ut noſter a-  
 ſpectus Iubar ſolis, ita ipſi ful-  
 gorem iuſtitiæ ferre non præ-  
 valent. Iuſtos enim nequaquã  
 tentarent, ſi ſe ab eis ſuperari  
 ſcirent. *Discipulus.* Poſſunt om-  
 nia quæ volunt? *Magiſter.* Bo-  
 num quidem nec volunt nec  
 poſſunt. Ad malum verò val-  
 de efficaces ſunt, Nec tamen  
 quantum volunt, ſed tantum  
 quantum à Deo permittuntur.  
*Diſc.* Quid dicis de bonis An-  
 gelis? *Magiſter.* Poſt lapſum il-  
 lorum ita confirmati ſunt, ut

Quid po-  
 ſſunt de-  
 mones.

num-

nunquam nec cadere, nec peccare possunt. *Discipulus.* Quid est? nō possunt. *Magister.* Nunquam velint. *Discipulus.* Cur nō illi etiam similiter confirmati sunt? *Magister.* Non tam diu expectauerunt. *Discipulus.* Nūc casus illorum fuit causa confirmationis istorū? *Magister.* Nequaquam. sed meritum ipsorū. Cum enim viderent illos malū superbiendo eligere, indignati sunt, & summo bono fortiter inheserunt. Vnde continuo in remuneratione confirmationē acceperunt & qui prius de sua beatitudine erant incerti, tunc facti sunt certi: *Discipulus.* Qualem formam habent Angeli? *Magister.* Quodammodo Dei. Vbi in imago caræ imprimitur signaculo, sic expressa est

De bonis Angelis.

de forma Angeli sum.

in eis similitudo Dei. *Discipulus.* Quæ similitudo? *Magister.* In eo quod sunt lux, quia sunt incorporei & omni pulchritudine decorati. *Discipulus.* Sciunt omnia, vel possunt omnia? *Magister.* Nihil est in rerum natura quod eos lateat. Cū in Deo omnia conspiciant, sanè omnia quæ facere volunt sine difficultate poterunt. *Discipulus.* Nōne casus malorum minuit numerum electorū? *Magister.* Sed ut impleretur numerus bonorū, homo decimus creatus est. *Discipulus.* Vnde? *Magister.* De spirituali & corporali substantia. *Discipulus.* Vnde corporalis? *Magister.* De quatuor elementis, vnde & microcosmus, id est, mundus minor dicitur. Habet enim ex terra carnem, ex aqua

languis-

De hom.

Isidorus.

Macrobo.

sanguinem, ex aere flatum, ex  
 igne calorem. Caput eius ro-  
 tundū, in cœlestis sphaeræ mo-  
 dum, in quo duo oculi, vt duo  
 luminaria in cœlo micāt, quod  
 & septem foramina vt septem  
 cœli harmoniæ ornant. Pectus  
 in quo flatus & tussis versatur,  
 similat aërem, in quo venti &  
 tonitrua concitantur. Venter  
 autem omnes liquores, vt mare  
 omnia flumina recipit. Pedes  
 totum pondus corporis susti-  
 nent, vt terra. Ex cœlesti igne  
 visum, ex superiori aëre audi-  
 tum, ex inferiori olfactū, ex a-  
 qua gustū, ex terra habet tactū.  
 Participium duriciæ lapidum  
 habet, in ossibus vigorem, ar-  
 borem in vnguibus, decorem  
 gram num in crinibus, sensum  
 cum animalibus, hæc est sub-

De ani-  
ma.

B 4

stantia

stantia corporalis. *Discipulus.*  
 Vnde spiritualis? *Magister.* Ex  
 spirituali igne vt creditur, in  
 quo imago & similitudo Dei  
 exprimitur. *Discipulus.* Quæ  
 imago vel similitudo? *Magi-*  
*ster.* Imago in forma, similitudo  
 in qualitate consideratur. Di-  
 uinitas consistit in Trinitate,  
 huius imaginem tenet anima,  
 quæ habet memoriam, per quæ  
 præterita & futura recollit, ha-  
 bet & intellectum, quo præ-  
 sentia & inuisibilia intelligit,  
 habet & voluntatem, qua mala  
 respuit, & bona elegit. In Deo  
 consistunt omnes virtutes, hu-  
 ius similitudinem habet anima  
 quæ capax est omnium virtu-  
 tum. Et sicut Deus non potest  
 comprehendi ab omni creatu-  
 ra, cum ipse comprehendat o-  
 mnia

Anima i-  
 mago &  
 similitu-  
 do Dei.

Omnes  
 virtutes  
 in Deo  
 consistunt.



omnia. Ita anima à nulla visibili creatura potest comprehēdi, cum ipsa omnia visibilia comprehendat. Non enim potest ei cœlum oblistere, quin cœlestia tractet, non abyssus, quin infernalìa cogitet, hæc est substantia spiritualis. *Discipulus*. Formauit eum manibus? *Magister*. Iussu tantum, & per hæc verba innuitur nobis eius fragilis natura. *Discipulus*. Quare Deus de tam vili materia creauit eum? *Magister*. Ad dedecus diaboli, vt plus cōfunderetur, cum hic fragilis & luteus gloriam intraret, de qua gloriosus cecidisset. *Discipulus*. Vnde nomen accepit? *Magister*. Cū esset minor mundus accepit nomē ex quatuor climatibus mūdi, quæ Græce dicuntur, A-

Homo  
de terra  
quare  
creatus.

B e matole,

matole, Disme, Arctos, Mesim-  
 bria, quia genus suum quatuor  
 partes mundi erat possessurum.  
 Hæ sunt inquam quatuor mū-  
 di partes. Oriens, cui princeps  
 Angelorum, Michael. Occi-  
 dens, cui Gabriel. Septentrio,  
 cui Raphaël. Et meridies, cui  
 Uriel præesse dicitur. Secreta  
 supputatione Græcorum hoc  
 nomen Adam miro mysterio  
 comprehendens, in hoc quoq;  
 habuit similitudinem Dei, ve-  
 licut ipse præest omnibus in  
 cœlo, ita homo præest omni-  
 bus in terra. *Discipulus.* Cur cre-  
 auit animalia, cum his non in-  
 digeret homo? *Magister.* Præ-  
 sciuit eum Deus peccaturum,  
 & his omnibus post lapsū pec-  
 catum indigaturum. *Discipu-  
 lus.* Creauit Deus Muscas, Cu-  
 lices,

Anima-  
 lium cre-  
 atio.

August.  
 Gregori.  
 Exod 8.  
 Ambros.

lices, & alia talia, quæ sunt homini nociua! *Magister.* Creauit. *Discipulus.* Ad quid talia? *Magister.* Omnia ad laudē gloriæ suæ, muscæ quidem & culices, & his similia, propter superbiam hominis sunt condita, ut cum eum pungunt, cogitet quid sit, qui nec minutis vermiculis resistere potest. Vnde & Pharaonem, non Vrsi nec leones vastauerunt, sed cinises & culices afflixerunt. Formicæ autem siue araneæ, vel talia quæ instant operibus, ideo sunt creata, ut de his studij & pij laboris exempla sumamus. Omnis itaque Dei creatio consideranti magna est delectatio, dū in aliquibus sit decor, ut in florib⁹ in aliquib⁹ medicina, ut in herbis, in quibusdā pastus,

ut in

ut in frugibus, in quibusdam  
 significatio, ut in vermibus vel  
 aubus. Omnia igitur bona &  
 omnia propter hominem sunt  
 creata *Discipulus*. Vbi est ipse  
 creatus? *Magister*. In Hebron,  
 & positus est in paradysum. V-  
 bi post mortuus & sepultus est  
*Discipulus*. Quid est paradysus?  
 vel vbi *Magister*. Locus amœ-  
 nissimus in oriente, in quo ar-  
 bores diuersi generis contra va-  
 rios defectus erant confita  
 (verbi gratia) Ut si homo cō-  
 gruo tempore de vno comede-  
 ret, nunquam amplius sitiret.  
 De alio vero nunquam lassare-  
 tur, ad vltimum lignum vitæ  
 vteretur, & amplius non sene-  
 sceret, non infirmaretur, &  
 nunquam moreretur. *Discipulus*.  
 Vbi creata est mulier? *M.* In  
 paradi-

Adam v-  
bi crea-  
tus,

Genes 2,

Anselm.

paradiso de latere dormientis.

*Discipulus.* Quare de viro? *Ma-*

*gister.* Vt sicut in vna carne, ita

per dilectionem essent in vna

mente. *Discipulus.* Qualis erat

somnus ille? *Magister.* Extasis,

Spiritus namq; in coelestem pa-

radisum eum rapuit, vbi Chri-

stum & Ecclesiam de se nasci-

turos vidit, vnde euigilans

mox de illa prophetauit. *Disci-*

*pulus.* Cur non sunt omnes ele-

cti pariter creati vt Angeli?

*Magister.* Voluit Deus in homi-

ne habere sui similitudinem, vt

sicut ab ipso omnia ita omnes

homines ab ipso nascerentur.

Vnde etiam Eua ab eo. *Discipu-*

*lus.* Quamobrem non creauit e-

os tales quod non possint pec-

care? *Magister.* Propter maius

meritum. Si enim temptati nō

cessi-

Status  
hominis  
si nō pec-  
casset.

cessissent, mox ita firmati essent, ut nec ipsi, nec posterii eorum unquam peccare possent. Voluit ergo Deus ut bonum eligerent liberè, & istud acciperent in renumerationem. *Discipulus.* Qualiter iungerentur si in paradiso permansissent? *Magister.* Quemadmodum manus manui, ita sine concupiscentia iungerentur. Et sicut oculus se leuat ad videndum, ita sine delectabili illud sensibile membrum perageret suum officium. *Discipulus.* Quali modo pareret? *Magister.* Sine dolore & absq; sorde. *Discipulus.* Esset infans ita debilis vel illoquens ut nunc? *Magister.* Mox ut nasceretur ambularet & absolute loqueretur, & contra singulos defectus de lignis ibi positis v-

teretur,

Augusti.

eretur, & præfixo à Deo tem-  
pore de ligno vitæ ederet, &  
sic in vno statu postmodum  
permaneret. *Discipulus.* Quam-  
diu debuerunt esse in paradiso?  
*Magister.* Vsq; quo impleretur  
numerus Angelorum qui ceci-  
derant, & ille numerus electo-  
rum qui erat implendus, si An-  
geli non cecidissent. *Discipulus.*  
Quomodo paradisos posset om-  
nes capere? *Magister.* Sicut

Augusti.

nunc generatio præterit mori-  
endo, & generatio nascendo  
aduenit, ita nunc parentes in  
meliorem statum assumerentur.  
Filij vero præfinito tempore  
(quod creditur) circa triginta  
annos post esum ligni vitæ su-  
is posteris cederent, ad extre-  
mum omnes pariter Angelis in  
cœlis coequarentur. *Discipulus.*

Erant

Erant nudi? Nudierant & nō plus de illis membris quam de alijs erubescabant. *Discipulus.* Quid est quod dicitur, Post peccatum viderunt se nudos, quasi hoc non ante viderint? *Magister.* Post peccatum mox per concupiscentiam in inuicē exarserunt, & in illo membro exorta est confusio, vnde est humana propago. *Discipulus.* Cur in illo membro plus quam in alijs? *Magister.* Vt scirent quod tota posteritas illorum eodem obnoxia teneretur. *Discipulus.* Viderunt Deum in paradiso? *Magister.* Per assumptā formam ad Abraam & alijs prophetæ. *Discipulus.* Quare seduxit eos dyabolus. *Magister.* Propter inuidiam, Inuidit enim illis, ne ad illum honorem perueni-

De lapu  
Adz.



nenirent, de quo ipse superbus  
 cecidisset. *Discipulus.* Per quod  
 inuenit aditum tentandi? *Ma-*  
*gister.* Per superbiam. Voluit e-  
 nim homo in propria potesta-  
 te remanere, quando in abun-  
 dantia sua dixit, non mouebo-  
 r in æternū. *Discipulus.* Cur per-  
 misit eum Dominus tentari, cū  
 sciret eum superari? *Magister.*  
 Quia præsciuit quanta bona  
 de eius peccato esse facturus.  
*Discipulus.* Locutus est serpens?  
*Magister.* Diabolus locutus est  
 per serpentem, vt hodie loqui-  
 tur per obsessum hominē, quē-  
 admodum locutus est Angelus  
 per asinam, vt sciret quod per  
 eum verba illa sonarent. *Disci-*  
*pulus.* Quare magis per serpen-  
 tem quam aliud animal? *Magi-*  
*ster.* Quia serpens est tortuosus

Psal. 26

Num. 22

C

&amp; lu-

Boni &  
 mali sci-  
 entia.

& lubricus, & dyabolus quos seduxerit facit tortuosos fraudulencia, & lubricos luxuria. *Discipulus.* Fuit scientia boni & mali in illo pomo? *Magister.* Non in pomo, sed in transgressione. Ante peccatum sciuit homo bonum & malum: bonum per experientiam, malum per scientiam. Post peccatum autem malum per experientiam, bonum tamen per scientiam. *Discipulus.* Nascebantur mali in paradiso? *Magister.* Tantummodo electi. *Discipulus.* Quare nunc nascuntur? *Magister.* Propter electos ut exerceantur per illos. *Discipulus.* Quamdiu fuerunt in paradiso? *Magister.* Septem horas. *Discipulus.* Cur non diutius? *Magister.* Quia mox ut mulier fuit creata confestim etiam

tiam præuaricata est. Tertia hora vir creatus est, imposuit nomina animalibus. Et hora sexta mulier formata, continuo de vetito pomo præsumsit viroque porrexit mortem, qui ob eius amorem comedit, & mox hora nona Dominus de Paradiso eos deiecit. *Discipulus*, Quid fuit Cherubin & flammæ gladius? *Magister* Gladius fuit igne' murus, quo post peccatum circumdatus est paradisus. Cherubin vero Angelica custodia, & ut ignis corpora arceret, Angelicus autem spiritus à loco voluptatis inhiberet. *Discipulus*. Quo tunc venit Adam? *Magister*. In Hebron est reuersus vbi procreatus, ibique filios procreauit, Occisum autem Abel. Adam centum an-

Gene. 2.

Ibidem.

Cherubin.

Isidorus.

Status A  
dæ extra  
paradis.  
Hieron.

C &amp;

nos

nos luxit, & Euæ amplius copulari noluit. Sed quia Christus à maledicto semine Cayn nasci noluit, per Angelum admonitus, Euæ est iterum sociatus, & pro Abel est Seth genitus, de cuius semine natus est Christus. Volo te etiam scire, quod à tempore Adæ vsq; ad Noe non pluit, & Iris non fuit, & homines carnes non edebant, & vinum non bibebant, eratque totum tempus, quasi vernalis temperies, copiaq; omnium rerum, quæ omnia post immutata sunt propter peccata hominum. *Discipulus.* Quid peccauit homo quod expulsus est de paradiso? *Magister.* Sicut Deus esse concupiuit, & ideo contra eius præceptum de interdicta arbore comedit. Di-

*scipu-*

Hieron.  
Ambros.  
Conditio  
o tempo  
ris.

*scipulus*, Quid fuit magni comedisse pomum? *Magister*. Tam graue piaculum, vt toto mundo redimi non posset. *Discipulus*. Hoc proba. *Magister*. Iustū ne tibi videtur, vt homo obediāt Diuinæ voluntati. *Discipulus*. Nihil iustius, quam vt omnis creatura rationalis, nihil omnino præponat volūtati creatoris. *Magister*. Ergo voluntas Dei maior quā totus mundus. *Discipulus*. Vtique. *Magister*. Si ergo tu stares coram Deo, & aliquis diceret, respice retro, aut totus mundus interibit, Deus autem diceret, nolo vt retrospicias, sed me inspicias, deberes tu Deum cōtemnere qui est creator omnium, & gaudium Angelorum, vt liberares transitorium mundum. *Discipulus*.

Vanitas  
peccari  
Adx.

Asclm.

Minime. *Magister.* Hoc Adam fecit. Coram Deo stetit, & dyabolo in clamitate retro aspexit, & maius peccatum quam mundus esset commisit. *Discipulus.* Quomodo maius? *Magister.* Quia sex criminalia peccata in hoc vno crimine admisit, quibus sex ætates suæ posteritatis morti inuoluit. *Discipulus.* Quæ fuerunt illa? *Magister.* Primum superbia fuit, cum Deo æqualis esse voluit, & ideo factus est omnium infimus, qui fuit omnibus prælatus, de quo dicitur. Immundus est coram Deo omnis qui exaltat cor suum. Secundum inobediencia extitit, cum mandatū præteriuisset, & ideo facta sunt ei omnia inobediencia, quæ prius erant subiecta. De hac dicitur 1. Reg. 15. Quasi scelus

ari-

De 6. criminalib  
peccatis.

Secundū

ariolandi nolle obedire. Terti-  
 am avaricia fuit, cum plus quā  
 concessum fuit cōcupiuit. ideo  
 omnia concessa iuste amisit. De  
 hoc dicitur Avaricia est ido-  
 lorum seruitus. Quartum fuit  
 sacrilegium, Cum vetitum in  
 sacro loco quasi per furtū sub-  
 ripuit, & ideo de sacrario ex-  
 cludi meruit. De his dicitur.  
 Qui prophanat sancta à san-  
 ctis exterminabitur. Quintum  
 fuit spiritualis fornicatio. Ani-  
 ma enim illius, Deo erat coniū-  
 cta, sed cum spreto Deo dya-  
 bolum admisit, quasi cum ex-  
 traneo adulterium commisit, &  
 ideo verisponsi amicitiam a-  
 misit. De hac dicitur. Perdes  
 omnes qui fornicantur abs te.  
 Sextum homicidium perpetra-  
 uit, quo se & omne genus hu-

1. Reg. 15.  
 Tertium  
 Galat. 5.

Quartū.

Prophetas  
 Quintū.

Plal. 72.  
 Sextum.

C 4

manū

manum in mortem præcipita-  
 uit. De hoc dicitur, Qui occi-  
 derit morte morietur scilicet æ-  
 terna. Vnde & in interiori ho-  
 mine mox est mortuus, & ia-  
 cuit in sepulchro corporis se-  
 pultus. *Discipulus.* Nonne ille  
 miser à nequissimo & menda-  
 cissimo spiritu erat seductus?  
*Magister.* Non ideo minus fuit  
 noxius. Si enim quis seruo o-  
 pus iniungeret, & monstraret  
 ei foueam, ne intus caderet, de  
 qua surgere non posset, ille ve-  
 ro contempto Domino sponte  
 in foueam caderet, & iniunctū  
 opus inauctum permaneret, nō  
 esset reus. Imò duplici culpa  
 esset obstrictus, vna, qua do-  
 minum contempsit, alia qua se  
 ad iniunctum opus impotem  
 fecit. Ita fecit Adam, Deum  
 contem-



contemptit, & opus obedientie  
foueam mortis incidit. *Discipu-  
lus.* Quali modo oportuit cum  
reuerſi? *Magiſter.* Honorem  
quem Deo abſtulit, reddere de-  
buit, & pro peccato ſatisfacere  
quod fecit. Valde enim iu-  
ſtum eſt, vt quam alij ſua ab-  
ſtulerit, & ablata reſtituat, &  
pro iniuria ſatisfaciat. *Discipu-  
lus.* Quid abſtulit homo Deo?  
*Magiſter.* Totum quod potuit  
in ſua curia de ſuo genere face-  
re. *Discipulus.* Qualiter debuit  
ablatum honorem reddere? *Ma-  
giſter.* Diabolum ita vincere vt  
ipſe victus eſt ab eo, & ſeipſum  
omneſq; prædeſtinatos, ad vic-  
tam tales reſtituere, quales fu-  
turi erant ſi permanſiſſent. *Di-  
ſcipulus.* Qualiter autem ſatisfacere?  
*Magiſter.* Quia peccatum

C 5

maius

maius mundo cōmilit, aliquid  
maius mundo Deo soluere de-  
buit. *Discipulus.* Horum neutrū  
nulla ratione facere potuit?

*Magister.* Ideo in morte permā-  
sit. *Discipulus.* Et cur non peni-  
tus perit?

*Magister.* Statutum  
Dei immutari non potuit. Pro-  
misit enim ex genere Adæ ele-  
ctorum numerum complere.

*Discipulus.* Quid ergo? *Magister.*

Quia debitum honorem non  
solum Deus ab eo accepit cum  
eum poenis quoq; subegit. *Di-*

*scipulus.* Quomodo est honor  
Dei poena nominis? *Magister.*

Quia quem dulcem patrem vt  
filius in gloria habere cōtem-  
psit, hunc suum dominum in  
tormentis vt rebellis sensit ser-  
uus. *Discipulus.* Cū soluere vel-

let & non posset, cur Deus cum  
miso-

misericors sit, non ei dimisit, & talem in gloriam sumpsit? *Magister.* Si Deus ei ideo suum honorem dimitteret, quia habere non posset, impotens esset. Porro si peccatum impunitum remaneret, aliquid in regno Dei inordinatum esset. Si in regno Dei nil reliquitur inordinatum, peccator igitur puniri debuit. Quis enim gemmam de ceno sublatam in thesauros suos recodat non purgatam. *Discipulus.* Ad quem finem ergo debuit venire? *Magister.* Quoniam transfugus seruus cum furto domini sui ad seivissimum Tyrannum profugerat, & filius Regis missus est de palatio in carcerem, post exulem seruum, qui Tyrannum contereret, & fugitiuum seruum cum rebus in gratiam

Regis

Peccato  
debit  
puniri.

Regis reduceret. *Discipulus.* Quare homo redire potuit post lapsum? *Magister.* Quia sicut nō per se, sed per alium impulsus cecidit, ita dignū erat cum per se non posset & vellet, per aliū adiutus resurgeret. *Discipulus.* Cur non misit Angelum vt eū redimeret? *Magister.* Si Angelus hominem redemisset tunc illius & seruus esset. Homo autē sic restitui debuit, vt æqualis Angelis est. Et aliud oberat. Angelus in sua natura inualidus erat, qui hominem redimeret. Si autem homo fieret minus posset. *Discipulus.* Quare nō creauit alium hominem de terra, & misit eum pro perduto. *Magister.* Si nouum hominem Deus creasset, & misisset tunc ad genus Adæ redemptio non perti-

Filius  
Dei non  
Angelus  
redeptor  
hominis

pertineret. De suo enim genere esse debuit, qui pro homine satisfaceret. *Discipulus*. Cur non misit Patriarchas & Prophetas? Patriarchæ & Prophetæ in peccatis concepti & nati erant, & ideo genus humanum redimere non poterant. *Discipulus*. Euolus cætera? *Magister*. Quia Angelus redimere non debuit, & homo satisfacere nō potuit. Dei filius per quem omnia, ut ei redemptio fieret per eum assumpsit plenum hominem, & in duabus naturis factus est vna persona, & in illa natura qua Deus erat vicit dyabolum, ut ipse vicit hominē, & omnibus prædestinatus cœlum aperuit, & Angelis coequavit, quod solus Deus potuit. In ea autem natura, qua

homo

Augusti.

Cur Filius  
incarnatus.

homo fuit pro iniuria maius mundo soluit, cum indebitam mortem subiit, quod solus homo facere debuit. *Discipulus*, Dic mihi cur Filius sit incarnatus, & non Pater nec Spiritus sanctus? *Magister*. Si Pater vel Spiritus sanctus incarnaretur, duo filij in Trinitate computarentur, vnus Filius Virginis qui esset incarnatus alter Filius Dei. Debuit ergo ille incarnari cui spiritualiter iniuria facta fuerat, vt iustum misericorditer saluaret, illum iuste damnaret. Aliud etiam. Quia omnia per Filium, ideo & redemptio per eum. *Discipulus*. Cur voluit nasci de Virgine? *Magister*. Quatuor modis fecit Deus homines. Vno modo absq; patre & matre de terra, vt Adam. Secundo

Deus  
quatuor  
modis fe-  
cit homi-  
nes.

do

do modo de solo viro, vt Eua.  
 Tertio modo de viro & foemina,  
 vt quotidie homines nascuntur.  
 Quarto modo de sola foemina,  
 qua priuilegium Christo reseruatum est,  
 vt sicut mors per foeminam intrauit,  
 ita vita per Virginem intraret,  
 quæ mortem excluderet.  
*Discipulus.* Quare non venit  
 mox illo tempore ante diluuium  
 vel post diluuium? *Magister.*  
 Si ante diluuium venisset,  
 & dicerent illius temporis homines  
 non fuisse necesse eum venire,  
 cum ipsi à parentibus suis omnia  
 bona didicissent, qui nuper de  
 paradiso exisset, & à Deo, &  
 ab Angelis omnia edocti essent.  
 Si autem post diluuium venisset,  
 dicerent Deum Noe & Abraham locutum  
 fuisse,

Oportunitas ad-  
 uentus Christi.

fuisse, & omnia agenda vel vitanda ab eis didicisse. *Discipulus.* Quare nō venit tempore legis? *Magister.* Si tunc venisset, dicerent Iudæi se copiose à lege instructos, gentiles verò se à Philosophis abunde edoctos. *Discipulus.* Cur non distulis vsque circa finem mundi? *Magister.* Tunc pauci eum imitarentur, & electorum numerus non impleretur. Necessè ergo fuit eum venire, quando venit plenitudo tēporis. *Discipulus.* Quod fuit illud tempus? *Magister.* Quod Deus præfixit ante tempora secularia, scilicet cum Iudæi se lege magis grauari quā reuelari ingemiscebant, & gentiles relicto naturali vsu, contra naturam turpiter viuebant, cum neque sacerdos, neq; le-

Titum 2  
2. Cor. 5  
Rom. 2.

uita



uita subueniret. Necessè erat vt  
 verus Samaritanus adueniret,  
 qui semiuiuū iumento sui cor-  
 poris imponeret, & ad stabulū  
 supernæ curiæ perduceret. *Di-*  
*scipulus.* Quomodo potuit nasci  
 de massa peccatricæ? *Magister.*  
 Ab initio Deus quosdam qui  
 se familiarius colerent, de aliis  
 segregauit, de quibus virgo  
 quasi de linea deducta pullu-  
 lauit, quæ velut olim virga a-  
 rida sine humore florem, ita si-  
 ne concupiscentia mundo edi-  
 dit saluatorem. *Discipulus.* Qua-  
 liter genuit eum? *Magister.* Si-  
 ne forde & dolore, Clausa e-  
 nim genua thalamum vteri in-  
 troiuit humanam naturam sibi  
 coniunxit, clausa porta vt spō-  
 sus de thalamo processit. *Disci-*  
*pulus.* Cur nouem menses clau-

Luc. 10.  
 Boetius.  
 Cōcepti-  
 o & nati-  
 uitas  
 Christi.  
 Num. 17.

Augusti.  
 Psal. 18.

D

sus fu-

Sap. 2.

sus fuit in utero? *Magister.* Ut  
 homines qui clausi erant in mi-  
 seris huius mundi, siue inferni,  
 reduceret ad consortium nouē  
 ordinum Angelorum. *Discipu-  
 lus.* Qua hora natus est? *Magis-  
 ter.* Media nocte, ut dicitur  
 dum nox medium iter haberet,  
 sermo tuus à regalibus sedibus  
 venit. *Discipulus.* Cur in nocte?  
*Magister.* Primo quia occultus  
 venit, deinde ut eos qui in no-  
 cte erant erroris ad lucem veri-  
 tatis perduceret. *Discipulus.* Sci-  
 uit aliquid infans? *Magister.* O-  
 mnia plane, ut puta Deus, in  
 quo fuerunt omnes thesauri sa-  
 pientiæ absconditi. *Discipulus.*  
 Potuit ambulare, vel loqui mox  
 natus? *Magister.* Secundum po-  
 tentiam utrumq; poterat, sed  
 humanam naturam per omnia  
 absq;

Cur in  
 nocte na-  
 tus est  
 Christus  
 Colos. 2.

absq; peccato immitari vole-  
 bat. *Discipulus.* Cōtigit aliquid  
 miri eo nascente? *Magister.* Se-  
 ptem specialia miracula. *Disci-  
 pulus.* Quæ fuerunt illa? *Magi-  
 ster.* Stella nimis fulgida appa-  
 ruit circulus aureus vel purpu-  
 reus circa solem claruit. Fons  
 olei de terra erupit. Pax maxi-  
 ma fuit. Vniuersus orbis ad cē-  
 sum est descriptus. Numerus  
 ad triginta milia hominum, qui  
 dominum recusarunt est vna  
 die occisus. Et animal brutum  
 loquebatur. *Discipulus.* Vellem  
 autem horum mystica audire.  
*Magister.* Stellæ signāt sanctos.  
 Stelia igitur præclara illuxit,  
 quia Sanctus sanctorum venit.  
 Circulus circa solē fulsit, quia  
 Sol iustitiæ Ecclesiam auro suę  
 Diuinitatis illustrare, & pur-

Miracula  
 in natiui-  
 tate Chri-  
 sti.

Miracu-  
 lorū my-  
 steria.

pura suæ passionis coronare  
 venit. Oleum signat misericor  
 diam. Fons olei de terra fluxit,  
 quia fons misericordiæ de Vir  
 gine manavit. Pax ingens ex  
 titit, quia pax vera in terris ap  
 paruit. Mundus ad censum est  
 descriptus, quia ad supernum  
 regnum chrismate est signatū  
 humanum genus. Qui Domi  
 num recusarūt occisi sunt quia  
 qui dixerunt: Nolumus hunc  
 regnare super nos desperierūt.  
 Pecus loquebatur, quia popu  
 lus gentium ad laudem Dei cō  
 uertebatur. *Discipulus.* Omnia  
 quæ desiderat cor meum au  
 dio. Sed quare attraxit tres  
 Magos cum muneribus? *Ma  
 gister.* Quia tres partes mundi,  
 Asiam, Affricam, Europam,  
 fide & operatione ad se traherent.

revo-

re voluit. *Discipulus.* Cur magis fugit in Ægyptum quam in aliam terram. *Magister.* Vt ostenderet se verum Deum, vt sicut Moyses populum Dei de Pharaone & Ægypto liberans, in terram duxit re promissionis, ita ipsum filium de diabolo & inferno liberans ad regnum duxit beatitudinis. Vnde & post septem annos reuertitur ad terram Israel, quia per septem dona Spiritus sancti reduxit nos de mundo ad coelestem Hierusalem. *Discipulus.* Quare in triginta annis, nec docuit nec signum fecit? *Magister.* Exempli gratia venit in mundum, ideo voluit prius facere, & post docere, vt dicitur, Quia cepit Iesus facere & docere. Per hæc ergo exemplum præbebat, ne

Christus  
fugit in  
Ægyptū.

quis ante legitimam ætatem docere præsumat, vel prius velit docere quam discat. *Discipulus.* Cum in eo fuerit plenitudo Diuinitatis corporaliter, & nihil possit eius gratiæ accedere, cur baptisatus est? *Magister.* Ut nos aquis sanctificaret. *Discipulus.*

De baptisato  
smo Christi.

Quare in aqua baptisatus est? *Magister.* Aqua contraria est igni. Quid est peccatum nisi ignis. Sicut in animo ira ita in carne concupiscentia, vnde & in igne supplicij/punitur. Ut ergo hic ignis extinguatur in aqua baptisatur. Et aliud. Aqua sordes abluat, sitim extinguit, imaginem reddit. Ita gratia Spiritus sancti in baptisate sordes peccatorum abluat, sitim animæ verbo Dei restringit, imaginem Dei per culpam

amif-

amissam restituit. *Discipulus*. Erat passibilis atque mortalis. *Magister* Passio vel mors poena peccati est, sed ipse absq; peccato venit, & sine peccato vixit, igitur secundum naturam impassibilis & immortalis fuit. Sed secundum potentiam vtrumq; esse voluit passibilis & mortalis. *Discipulus*. Quare mortuus est? *Magister*. Propter obedientiam, vt dicitur, *Factus* obediens vsq; ad mortem, *Discipulus*. Exegit ab eo mortem Pater? *Magister*. Minime. *Discipulus*. Cur occiderant eum Iudæi? *Magister*. Quia iustitiam viuendo, & veritatem docendo indeclinabiliter tenuit. Hanc obedientiam humanitas Diuinitati debuit, hanc Deus ab omni rationali creatura exigit.

Christus  
passibilis  
& immorta-  
lis.

Obedien-  
tia Do-  
mini &  
quare  
morti tra-  
ditus.

*Discipulus.* Quis vnquam pater, vnicum & bonum filium occidi permittit, si prohibere quærat. *Magister.* Cum Deus vidit

Filium suum tam egregium opus velle, scilicet tyrannum expugnare, & captiuum ab eo liberare, ad tam laudabile opus ei consensit, & cum mori permisit. *Discipulus.* Quomodo apud Deum iustum fuit quod optimum pro impio dedit?

*Magister.* Quia pessimus simplicem hominem seduxerat, iustus erat vt optimus pro eo obfes fieret, qui pessimum reuinceret, & innocentem pristinae libertati restitueret. Sed & tali modo suam Deus charitatem ostendit mundo, vt dicitur, Vt seruum redimeres, Filium tradidisti. *Discipulus.* Si Pater Fili-

um



um tradidit vt dicitur, Proprio Filio non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit eum, vt dicitur. Qui tradidit semetipsum pro nobis. *Discipulus.* Quid ergo peccauit Iudas qui etiam tradidit eum? *Magister.* Pater tradidit Filium ipsum, propter charitatem, Iudas autē propter auariciam. *Discipulus.* Quare voluit mori in ligno? *Magister.* Vt eum qui per lignū vicit, reuinceret, & qui in ligno cecidit redimeret. *Discipulus.* Quare in cruce? *Magister.* Vt quemadmodum mundum saluaret. *Discipulus.* Valuit mors eius ad exhauriendam omnia peccata? *Magister.* Transcendit & infinite. *Discipulus.* Proba. *Magister.* Si Christus coram te staret, & eum Dominum maie-

Mors  
Christi  
omnium  
peccatis  
superfuf-  
ficiens.

statis scires, & aliquis diceret, interfice eum, aut totus mundus interibit, interficeres eum vt saluares mundum. *Discipulus.* Nequaqua. *Magister.* Quare? *Discipulus.* Quia vita eius longe dignior videretur quam infiniti mundi, & tale piaculū videret committere, quod in innumeris mundis non possit expiare. *Magister.* Sicut vita eius est dignior infinitis mundis, ita mors eius longe vtilior fuit innumerabilibus mundis, ideo sufficit ad redemptionem omnium. *Discipulus.* Quid dedit ei Pater pro hoc merito? *Magister.* Quid daret ei cum omnia essent sua, vt dicitur, Fili omnia mea tua sunt. *Discipulus.* Non potuit ipse mercedem suę mortis dare cui vellet? *Magister.*

ster.

*ster.* Potuit, Ideo dedit eam homini, pro quo omnia sustinuit, pro passione impassibilitatem, pro morte immortalitatem, pro peregrinatione æternam Patriam. *Discipulus.* Quot horis fuit mortuus? *Magister.* Quadraginta. *Discipulus.* Quare? *Magister.* Ut quatuor mundi partes, quæ in decalogo legis erant vivificaret? *Discipulus.* Qui crucifixerunt eum? *Magister.* Quia pro Iudæis & gentibus mori voluit, Iudæi mortem consiliati sunt, Pagani eum crucifixerunt. *Discipulus.* Cur iacuit in sepulchro duas noctes & unū diem? *Magister.* Duæ noctes significant nostras duas mortes, unam corporis, alteram animæ. Dies signat suam mortem, qui lux fuit nostræ mortis. V-

nam

nam abstulit, alteram ad exercitium electis reliquit, quam denuo veniens exterminabit.

*Discipulus.* Quo venit anima eius post mortem? *Magister.* In coelestem paradysum, vt dixit ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso.

*Discipulus.* Quando descendit ad infernum?

*Magister.* Media nocte resurrectionis, qua hora Angelus Aegyptum vastavit, ea hora id est media nocte Christus infernum spoliavit, & cum triumpho inde rediens, raptos in paradysum collocauit, corpus in sepulchro visitavit, quod de mortuis excitavit. Quidam sentiant quod ab hora mortis vsque ad diem Resurrectionis in inferno cum electis fuerit, & inde cum eis abiens resurrexit.

Luc. 23  
Hora descensus  
Christi  
ad infernum.

*Disci-*

*Discipulus.* Quare non statim post mortem resurrexit? *Magister.* Ne dicerent eum non mortuum fuisse, sed in tormentis obstupuisse. Si autem post multum tempus resurrexisset, esset dubius an esset ipse. *Discipulus.* Cur ergo tam cito resurrexit? *Magister.* Ut citius suos consolaretur, qui de sua morte tristabantur. *Discipulus.* Quare in prima die hebdomadæ? *Magister.* Ut ea die mundum inno-uaret, qua eum creauerat. *Discipulus.* Cur in tertia die passionis? *Magister.* Ut eos qui tribus temporibus, ante legem, sub lege, sub gratia mortui erant, in peccatis subueniret, & ut nos qui factis, verbis, cogitationibus labimur per fidem Sanctæ Trinitatis resurgamus.

*Disci-*

De reur-  
rectione  
Christi.

*Discipulus.* Vbi mansit illis tribus diebus? *Magister.* In terreno paradiso, vt creditur, cum Enoch & Helia, & cum his qui cum eo resurrexerunt. *Discipulus.* Qualem formam habuit post resurrectionem? *Magister.* Septies splendidiorē quā sol. *Discipulus.* Quali forma viderūt eum sui? *Magister.* Tali vt eum ante videre consueuerant. *Discipulus.* Apparuit vestitus? *Magister.* Vestes ex aëre assumpserat, quæ eo euanescente euanuerunt. *Discipulus.* Quotiens apparuit? *Magister.* Duodecies. Primo die octies. Primo Ioseph ab Arimatia in carcere, in quo positus erat eo quod eum sepelisset, vt scripta Nicodemi declarant. Secundo matri suæ, vt sedulius manifestat. Tertio,

Mariæ

Duodeci  
apparti-  
ones  
Christi  
post re-  
surrectio-  
nem.

Mariæ Magdaleneꝯ vt Marcus  
 asserit. Quarto duobus à se-  
 pulchro reuertentibus, vt Mat-  
 thæus pandit. Quinto Iacobo  
 vt Paulus testatur, qui in sexta  
 feria deuouerat non manduca-  
 turum, donec videret Christiũ  
 viuum. Sexto Petro, vt Lucas  
 fatetur, qui propter negationẽ  
 ab aliis segregatus in fletibus  
 permanebat. Septimo duobus  
 in via in Emanus, vt iterum Lu-  
 cas loquitur. Oçtauo omni-  
 bus ianuis clausis in sero, vt  
 Ioannes describit. Nono, in o-  
 çtauo die, quando cum Tho-  
 mas palpauit. Decimo ad mare  
 Tyberiadis. Vndecimo, in mõe-  
 te Galileæ. Duodecimo, recũ-  
 bentibus vndecim. *Discipulas.*  
 Cur dicunt Euangelia. Appa-  
 ruit primo Marię Māgdaleneꝯ

Mar. 16.  
 1. Cor. 15

Luc. 24.  
 Ibidem.

Ioan. 20  
 Mat. vlt.

Mar. 16.

Mar. 16.

Ma-

*Magister.* Euangelia cum summa auctoritate sunt ædita, & scribere volebant nisi ea quæ omnibus nota erant, Vnde dicitur. Multa fecit Iesus quæ non sunt scripta in libro hoc, hoc est in Euangelio. In aliis autem quædam, non tamen omnia inueniuntur. *Discipulus.* Ascendit solus? *Magister.* Qui cum eo surrexerunt, cum eo & ascenderunt. *Discipulus.* Qua forma ascendit? *Magister.* Usq; ad nubes, ea forma qua ante passionem. Susceptus autem a nubibus, ea qua in monte apparuit. *Discipulus.* Quare non statim ascendit, cum resurrexit? *Magister.* Propter tres causas. Primo, vt experimento discerent eum veraciter resurrexisse, quem viderunt mandu-

care

Ioan. 20.

De ascensione Domini.

Quare

non statim ascendit?



care & bibere. Secundo post quadraginta dies voluit ascendere, vt demonstraret eos, quã decalogum legis per quatuor Euangelia impleuerunt, posse cœlos scandere. Tertio, quod Ecclesia quæ corpus est Christi, post passionem quam sub Antichristo erit passura, deinde post quadraginta dies creditur cœlum ascensura. *Discipulus.* Quid est Christum in dextra Patris sedere? *Magister.* Humanitatem in gloria Diuinitatis requiescere. *Discipulus.* Qualiter interpellat pro nobis Patrem? *Magister.* Representando suam passionẽ. *Discipulus.* Cur misit Spiritum sanctũ nisi post decem dies? *Magister.* Ob tres causas. Primo, vt Apostoli se ieiuniis & orationibus aptos

Sessio  
Christi.

De mis-  
sione Spi-  
ritus S.

E

eius

eius aduentu præpararent. Secundo, quod hij Spiritum sanctum acciperent, qui decem præcepta explerent. Tertio in quinquagesimo die a resurrectione, vt sicut populus Dei post liberationem ab Ægypto, quinquagesimo die accepit legem timoris, in Iubileo etiam, i. quinquagesimo anno accepit populus amissam libertatem & hereditatem, ita hac die accepit populus Christianus libertatem & paradisi hereditatem. *Discipulus.* Habet Christus plenum gaudium? *Magister.* Quodammodo habet, quodammodo non habet, quantum ad sui personam plenissimum, quantum ad suum corpus, quod est Ecclesia adhuc minime. Adhuc non sunt omnia subiecta  
sub

De plenitudine  
gaudii  
Christi.

sub pedibus eius. A Iudæis enim adhuc blasphematur. A gentibus subsannatur. Ab hæreticis dilaceratur. A malis Christianis impugnatur. In membris etiam suis quotidie patitur. Cum hæc omnia ad se collegerit, tunc plenum gaudium habebit, *Discipulus*. Quomodo Ecclesia eius corpus, & electi membra? *Magister*. Vti corpus capiti inheret, & ab eo regitur, ita Ecclesia per Sacramenta Corporis & Sanguinis Christi ei coniungitur, imò vnum cum eo efficitur. A quo omnes iusti in suo ordine, vt membra à capite gubernantur, cuius capitis oculi sunt Prophetæ, qui futura præuiderunt. Sunt & Apostoli, qui alios de via erroris ad lumen iustitiæ

Ecclesia  
corpus  
cū mem-  
bris.

E 2

dedu-

deduxerunt. Aures sunt obedientes, nares discretæ, flegma quod per nares euicitur, hæretici qui iudicio discretorum de capite Christi emunguntur. Os sunt Doctores. Dentès Sacræ scripturæ expositores. Manus Ecclesiæ defensores. Pedes agricolæ Ecclesiam pascentes. Porro fimus qui de ventre egreditur, porci sunt immundi infra Ecclesiam, & facinorosi, qui ventrem matris Ecclesiam onerant, quos per mortis egestionem demones vt porci deuorant. Quod corpus compage charitatis in vnum conglutinatur. *Discipulus.* Quare corpus eius de pane, & sanguis de vino conficitur? *Magister.* Corpus ideo de pane, quia ipse dixit: Ego sum panis viuus. Sã-

guis

quis autem ideo de vino, quia ipse dixit, Ego sum vitis vera. Et sicut pane corpus nutritur, ita Christi cibo anima reficitur, & sicut panis ex multis granis conficitur, ita corpus Christi ex multis electis colligitur. Et sicut panis igne coquitur, ita Christus in animo ignis affatur, qui panis & caro dicitur, quia ut agnus pro nobis immolatur. Ut vinum ex multis racemis eliquatur, & in torculari exprimitur, ita Corpus Christi ex multis iustis compaginatur, qui in prælio crucis torquetur. Quod vinum in sanguinem vertitur, ut anima nostra quæ in sanguine est per hoc viuificetur. *Discipulus* Cum species panis & vini videatur, quomodo sanguis & caro præ

De Corpore & sanguine Christi.  
 Ioan. 6.  
 Ioan. 15.  
 Augusti.

Anselm.

E 3

dicatur.

Fruſtus  
Sacramē  
ti.

dicatur. *Magiſter.* Cum verum ſit illud quod Maria cum genuit, quod pependit, quod cœlos penetrauit ſpecies ideo panis & vini remanſit, ne ſi tu purum ( vt vere eſt ) ſanguinem de latere ſtillantem cerneres, hunc labiis attingere abhorreſ, & vt maius meritum haberes, cum non viſu, ſed intellectu crederes. *Discipulus.* Quæ ſalus eſt in hoc? *Magiſter.* Summa. Sicut enim eſca in carnem comedentis vertitur, ita quiſq; fidelis per comestionem huius cibi in corpus Chriſti vertitur, igitur per fidem in mundo in viciis & concupiſcentiis Chriſto crucifigitur. In baptiſmo cum Chriſto ſepelitur Ideo & ter immoritur. Per cibum corporis eius incorporamur ei. Et  
ideo

ideo necesse est vt illud quo  
 Christus est transferamur. *Di-*  
*scipulus.* Habent plus sanctita-  
 tis qui plus accipiunt? *Magister*  
 Vt de manna dicitur. Qui plus Exod. 16.  
 collegit non plus habuit, nec  
 qui minus collegit minus ha-  
 buit, ita omnes æqualiter su-  
 munt, & vnusquisque totum  
 Agnum Dei comedit, & tamen  
 integer in cœlo permanet. *Di-*  
*scipulus.* Quam mercedem habēt  
 qui hoc digne tractant. *Magi-*  
*ster.* Duplici premio remunera-  
 buntur, vna corona quia cum De sacer-  
 dotibus.  
 veneratione tractant, altera,  
 quia se ad hoc dignis moribus  
 coaptant coronabuntur. *Disci-*  
*pulus.* Quid de his sentis, qui  
 hoc indigne tractant, & con-  
 tra canonum instituta agunt.  
*Magister.* Qui contra ius fasq;

publice fornicationem agunt, vel Ecclesias aut Ordines emunt, & prauo exemplo populum Dei occidunt, & hæc omnia temerè deffendunt, hij tales Domini sunt traditores simul & crucifixoies. *Discipulus.* Proba, qua causa debent sacerdotes Missas celebrare. *Magister.* Dei causa solius & suæ salutis, & totius Ecclesiæ. Sed ipsi lucri causa celebrant, vt videlicet ab omnibus honorentur, & in temporalibus rebus ditentur. Qui igitur mysteriũ Christi passionis pro fauore humano & temporali lucro vendunt, quid aliud agunt quam Deum tradunt? Cum vero sordidis manibus & polluta conscientia illum tractare præsumunt, in cuius conspectu nec  
coeli

Qualite  
Missa de  
beat ce  
lebrari.



coeli mundi sunt, quid aliud quam Deum crucifigunt, *Discipulus*. Potest populus ex eis trahere culpam? *Magister*. Cum filij Hely poluerunt sacrificium Domini, totus populus pene subit interitum. Vnde patet, quod quotquot cœci istos duces cœcos in foueam sequuntur, imò communicando eis comunicant, cum eisdem in poenis participant. *Discipulus*, Quid si eis inscij communicauerint? *Magister*. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Et ideo qui eis quamuis inscij comunicant, tamen ab eis contaminantur. Qui si resipuerint, non error nocebit. *Discipulus*. Conficiunt corpus Domini tales? *Magister*. Quamuis damnatissimi, tamen per verba quæ recitant fit cor-

1. Reg. 2.

Eecl. 13.

E 5

pus

De Sacra  
menti  
confecti  
one.

pus Domini. Non enim ipsi  
sed Christus consecrat, & per  
inimicos salutem filijs opera-  
tur. Vnde & a pessimis non pe-  
rioratur, & ab optimis non me-  
lioratur. Sicut Solis radius a  
cœno nō sordidatur, nec a san-  
ctuario splendescit. *Discipu-  
lus.* Cum igitur bonū sit quod  
per eos conficitur, & accipien-  
tibus non ab eis, sed a Christo  
detur, cur bonum percipienti  
in perniciem vertitur. *Magister.*  
Bonum percipienti non solum  
prodest, imò obest si contra in-  
terdictum hoc ab eo accipit a  
quo non debet. *Discipulus.* Pro-  
ba. *Magister.* In paradiso nullū  
pomum erat malum, cum De-  
us fecisset omnia bona valde.  
Sed homo bonum sibi in ma-  
lum

Gene. 1

lum vertit, cum hoc à serpente, imò à dyabolo perciperenō spreuit, *Discipulus*. Si quis positus in mortis periculo nonne muniendus est ab his viatico? *Magister*. Si quis zelo iustitiæ ab eis communicationem accipere renuerit, & se per os sacerdotum in vnitate Ecclesię quotidie communicare non dubitauerit, hunc credo hac fide saluari si obierit. Si quis vero eorum opera execrans & bonū Christi venerans, simpliciter ab eis communicat, & hunc credo fide saluari, quia & Ioseph corpus Iesu à Pilato accepit. *Discipulus*. Possunt Deum placare pro populo? *Magister*. Imò magis offendunt. Suo enim ingressu loca sacra contaminant, vestes sacras & vasa

Ioan. 19.  
De malis  
sacerdotibus.

Deo

Pascalius  
Deut. 32

Malac. 1,

Psal. 108  
Malac. 2

Deo dicata suo tactu commaculant. Hos abhorret Angelorum cōuentus, hos fugit ipse Dominus, vt dicitur. Prouocauerunt eum filij sui, & non filij eius in sordibus. Ideo abscondam faciem meam ab eis, dicit Dominus. Filios, propter sacerdotium dixit, non filios propter sordes subiunxit. Horum sacrificium non suscipit Deus, sed abominatur, vt dicitur. Sacrificium vestrum odit anima mea, dicit Dominus, quia panem pollutum obtulistis mihi. Corpus Domini cum poluinequeat, quantum in ipsis est polluitur, cum indiscrete velut alium panem sumunt. Oratio eorum non suscipitur, sed fiet in peccatum, quia non exaudiet Dominus. Benedictio eorum

rum in maledictionem conuertitur, vt dicitur. Conuertam benedictionem vestram in maledictionem, dicit Dominus.

*Discipulus.* Sumunt hi corpus Domini? *Magister.* Soli filij Dei accipiunt Corpus Christi, qui Christo sunt incorporati & Deum visuri. Hi autem qui in Christo non manent quamuis videantur ad eos porrigere corpus Christi, non sumunt, sed iudicium sibi manducant & bibunt. Corpus autem Christi per manus Angelorum in cœlum defertur, carbo vero à Dæmone eis in os proiicitur, vt Cyprianus testatur. Quod qui sumunt vt aliud vinum vertitur eis in fel draconū, & in venenum aspidum insanabile.

*Discipulus.* Nonne Iudas accepit

Quid i-  
gne su-  
mūt cor-  
pus Chri-  
sti.

1. Cor. 9.

Deut. 22.

Ioan. 13.

idem

idem quod Petrus? *Magister.* Nequaquam, quia Petrus dilexit, ideo acceptum sacrificium cum Domino coaduniuit. Iudas vero quia Dominum odit, speciem panis quidem accepit, sed virtus Sacramenti in Christo remansit. Ideo post buccellam mox in eum diabolus intrauit, quamuis Iudæ nō corpus, sed buccellam tantum intinctam, scilicet non consecratam dedit. *Discipulus.* Est eis obediendum? *Magister.* Vbi bonum præcipiunt, non eis sed Domino est obediendum. Dicunt enim & non faciunt. Vbi malum imperant, contemnendi sunt, quia oportet Deo magis quam hominibus obedire. *Discipulus.* Possunt solvere vel ligare? *Magister.* Si ab

Matt. 12.  
Actuū 3.

Eccle-

Ecclesia publica iudicio separati non sunt, quamuis ipsi fortiter ligati sunt, vtrumq; possunt, quia non ipsi sed Christus per eorum officium ligat & soluit. Si autem iudicio Ecclesiæ fuerint exclusi, spernendi sunt vt æthnici. Quamdiu Iudascum Apostolis fuit, vt Esa. 54 amicus apparuit, & vt Apostoli alij prædicauit, baptisauit, signa fecit, postquam ab eis recessit, vt publicus hostis apparuit. Ita iusti quamdiu sunt in communionem Ecclesiæ, omnia Sacramenta per eos facta erunt rata. Si seclusa fuerint, quæcunq; fuerint, erunt irrita. Quia igitur sunt rapina Christi, ouibus sunt fugiendi, vt dicitur. Exite de medio eorum popule meus, ne participes  
fitis

sitis illorum in tormentis. *Discipulus.* Non potest homo sua propter eos relinquere? *Magister.* Ista separatio non potest corporaliter fieri nec debet, quia si boni à malis separantur iam nemo ad bonum per eos conuertitur, in quibus tamen sunt deuitandi, præcipue in conuiuio, in seruitio Dei, vt dicitur. Nec cum huiusmodi cibum sumere. Fugiendi sunt mente & voluntate, ne consentiatur operibus eorum. *Discipulus.* Qualiter fit consensus ad illorum actus? *Magister.* Si illorum malefacta laudantur, & ad perpetranda flagitia consilio vel pecunia auxiliantur. Ideo non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt digni sunt morte. Itaque mali

quam

Augusti.

De fuga  
malorū.  
I. Cor. 15.



quam diu ab Ecclesia publice  
 non sunt segregati, non sunt  
 deuitandi, modo sibi inuicem  
 & praelati & subditi ita in ma-  
 lo consentiunt, vt nullus eorū  
 prauitatem arguat, tunc omni-  
 no sunt fugiendi, quia tunc  
 sunt causa ruinae populi. *Disc.*  
 Debent malis verba Dei dici?  
*Magister.* Si sciunt non sunt eis  
 dicenda, quia proditor est qui  
 eis cum sint hostes referat Dei  
 secreta; vnde dicitur. Nolite  
 sanctum dare canibus, nec mit-  
 tatis margaritas porcis ne con-  
 culcent & irrideant, vbi autem  
 nesciunt propter electos qui  
 inter eos latent cōuertendi sunt  
 sermones Dei proferendi, sicut  
 & Dominus non cessauit Petro  
 & aliis saluandis verba salutis  
 ministrare, quamuis sciret Iu-

Anselm.

Si malis  
 fit prædi-  
 candum.  
 Matth. 7.

F

dam

dam & Phariseos idem scanda-  
litando cruciari. *Discipulus.* De-  
bent tollerari, cum Christus  
tollerauerit Iudam? *Magister.*  
mali in Ecclesia sunt tollerandi  
& non imitandi quo & vsq;  
ipse cum venti labro veniat,  
grana de paleis excutiens, &  
sisaniis igni traditis triti-  
cum in horrea sua  
recondat.



## ELVCIDARII

## THEOLOGIÆ

## LIBER SECVNDVS.

## DISCIPVLVS.

**A** Nima mea exultat in Domino quod de occulto ignorantia nubilo tanto per te illustratus sum scientia radio. quæso itaque decus Ecclesiae vt liceat adhuc mihi aliqua inquirere. *Magister.* Quære quæ vis & audies quæ cupis. *Discip.* Dicitur malum nihil esse, Sed si nihil est valde mirum videtur cur Deus Angelos & homines damnet, cum nihil faciant, Si autem aliquid est, videtur esse a Deo, cum omnia sint ab ipso; & sequitur, quod sit auctor ma

Boetius.  
Genes.

Malum  
quomodo  
nil  
sit.

li & iniuste eos qui hoc faciunt  
damnet. *Magister.* A Deo nempe  
sunt omnia, & omnia fecit  
bona valde, & ideo malum pro-  
batur nihil per substantiam esse.  
Omnia enim quæ fecit Deus  
subsistunt. Omnis vero sub-  
stantia bona est, Sed malum non  
habet substantiam, Igitur ma-  
lum nihil est. Quod autem ma-  
lum dicitur nihil, hoc est, ubi  
non est bonum, sicut cæcitas,  
ubi non est visus, aut tenebræ  
cum cæcitas & tenebræ non  
sint substantiæ. Tria sunt, na-  
tura, creatura, factura. Crea-  
tura ut elementa. Natura ut ex  
seipsis nascentia. Factura ut  
quæ Angelus vel homo facit  
aut patitur. Faciunt peccata,  
patiuntur pœnas peccati hæc  
Deus non fecit, sed fieri per-

mit,

mittit, vt dicitur, Deus mortē non fecit. Peccatum autem nihil est aliud quam quod præceptum est non facere aut aliter quam quod præceptum nō est agere. Sicut non est malum aliquid nisi bono, id est gaudio carere. Quod saltem vocabulum habet à Deo tali modo, cū sit per illam substantiam quam fecit Deus. Iuste verò damnat eos Deus, id est non dat eis gaudium qui non faciunt, vel aliud faciunt quam sit præceptū.

*Discipulus.* Quis est auctor peccati? *Magister.* Ipse homo, incētor verò dyabolus. *Discipulus.* Est graue peccare? *Magist.* Minimum peccatum scienter commissum grauius est toto mūdo.

Quicquid autem mali vel peccati agitur, totum in laudē Dei

Peccatū  
quid sit.

Ambros.  
Grauitas  
peccati  
minimi.

vertitur. Et ideo in omni creatura Dei nihil mali esse vel fieri comprobatur. *Discip.* Quid dicis, homicidium vel adulterium non est peccatum vel malum? *Magister.* Homicidium sæpe bonum prædicatur, ut occisio Goliathæ à David, & Holoferni à Iudith. Quot tunc malum dicitur, cum proprio impulsu perpetratur. Coniugium bonum creditur, sed igitur malum est adulterium quia aliter fit quam sit concessum, quæ tamen in laudem Dei vertuntur, cum ab eo iuste puniuntur. Sicut enim imperator est laudabilis quod milites suos remunerat, ita est etiam laudabilis, imò laudabilior, quod prædones, latronesq; damnat. Ita utiq; sicut Deus in saluati-

one

1. Reg. 17.  
Iudit. 13.

one iustorum gloriatur, sic in  
 perditione impiorū per omnia  
 laudatur. *Discip.* Cū scriptum  
 sit, nihil odisti eorum quæ fe-  
 cisti, quomodo dicitur Deus  
 bonos amare, malos odio habo-  
 re? *Mag.* Cuncta Deus diligit  
 quæ creauit, sed non cuncta in  
 vno loco locauit. Sicut pictor  
 ōnes colores diligit, sed quosdā  
 præ aliis eligit, vt vnumquemq;  
 apto loco ponit, ita Deus vnū-  
 quenq; sibi cōuenienti loco di-  
 sponit. Ideo dicitur eos dilige-  
 re, quos in cœlesti palatio reci-  
 pit, illos odisse quos in infernali  
 carcere mergit. *Dis.* Quid est li-  
 berū arbitriū. *Mag.* In potesta-  
 te hominis esse & velle & posse,  
 bonū & malū. Hoc in paradiso  
 homo habuit liberum, nunc ve-  
 ro captiuumque bonum non

Punitio  
 Dei iusta  
 probatur  
 à simili.  
 Sap. 11.

De libe-  
 ro arbi-  
 trio.

Ioan. 16.  
De rec. di-  
tantibus

vult nisi gratia Dei præueniatur, nec potest nisi eum subsequatur. *Discipulus.* Quid dicis de his qui seculum relinquunt, religionis habitum sumunt, tracto aliquo tempore reiciunt, & peiores quam prius fuerunt fiunt. Quidam vero aliqua bona incipiunt, postea deserunt & ad iniquitatem redeunt? *Magister.* De his dicitur. Sunt emulatores, & callidi provocant iram Dei. Sæpe seruus errantem filium pertrahit ad Patrem, & ipse ad opus suum redit, ita isti electos ad Deum pertrahunt, & ipsi ad mala studia redeunt. Sic etiam timor charitatem ad regnum ducit, & ipse non introibit. Sicut enim diabolus seruit Deo, ita membra eius seruiunt electis e-

tiam



tiam tali modo. *Discipulus.* Quo modo seruit dyabolus Deo? *Magister.* Quia gloriosus princeps despexit esse in palatio, fecit eum Deus laboriosum fabrum in hoc mundo, vt coactus totis viribus seruiat, qui vacare Deo fruendo nolebat. Vnde dicitur, Faciam eum tibi seruum sempiternum, cuius fabri caminus est afflictio & tribulatio. Folles sunt tentationes, Mallei & forcipes sunt tortores & persecutores, Limæ vel ferræ sunt linguæ maledicentium. Tali camino & his instrumentis purgat ipse aurea vasa cœlestis regis. Hoc sunt electi, in quibus renouat imaginem Dei. Reprobos autē qui contra regem agūt, & ipse tortor vt hostes punit. Tali modo

Ioan: 11.  
Dyabo-  
lus faber

F 5

seruit

Mali ser-  
uiunt e-  
lectis du-  
pliciter.

seruit dyabolus Deo. *Discipulus.*  
Qualiter membra eius seruiunt  
electis? *Magister.* Cū eos tradūt  
ad regnū simulatione, vel im-  
pellunt aduersitate. Simulatio-  
ne quidem eos tradūt, cum bo-  
na exterius simulant, quæ in-  
terius non amāt. Tunc filij Dei  
adhuc in errore positi, per eo-  
rum exempla bona arripiunt,  
quæ toto corde diligunt. & cū  
illi bona deserunt, quæ non a-  
mouerunt, isti firmitus incepto  
bono inhærebunt, vt olim cū  
Angeli ceciderunt, boni firmi-  
us steterunt. Aduersitate autē  
eos impellunt, cum eis tempo-  
ralia, quæ plus iuste diligunt  
auferunt, & eis ne carnalia de-  
sideria implere præualeant ob-  
sistunt. Vnde dyabolus &  
mali vtilis, inò necessarij cō-

proban-

probantur. *Discipulus.* Cur mali diuitiis hic affluunt cum potentia florent, sanitate vident, contra boni de inopia tabescunt, a malis iniuste opprimuntur, debilitate marcescunt? *Magister.* Propter electos mali redundant, vt hic despiciant quibus florere etiam pessimos considerant, diuitiis abundant. Primo, vt mala quæ concupiscunt iusto iudicio Dei explere per pecuniam valeant. Secundo, vt si qua bona fecerint, per hæc remunerentur. Omnia enim quæ faciunt, pro terrenis agunt. Vnde & mercedem suam receperunt, Potentia splendent. Primo propter seipsos, vt mala quæ amat potenter expleat. Secundo ppter reprobos, vt eos

De diuitiis, potentia & sospitate malorum.

in ma-

Afflictio  
bonorū  
De diui-  
tiis, potē-  
tia, & so-  
spitate  
bonorū

in malis defendant. Tertio pro-  
pter electos, vt eos castigent,  
& à malis actibus emendent,  
Sospitate autem pollent nec cū  
hominibus flagitiā sentiunt, vt  
post eos grauior dolor excru-  
ciet. Boni autem inedia, op-  
pressionē languore afficiuntur,  
ne in malis delectentur, aut si  
aliqua contra Deum egerint,  
deleantur si non per paciētiā  
coronentur. *Discipulus.* Cur e-  
contra quidam boni hic diuiti-  
is redundant, & potentia sub-  
limantur, validitate roboran-  
tur, mali autem pecuniæ op-  
pressionē, infirmitate laborāt?  
*Magister.* Quibusdam electis di-  
uitiæ ideo conceduntur, vt bo-  
na quæ amant rebus impleant.  
Et per hæc etiam admonentur  
si hæc temporalia suauia quan-

to ma-

to magis æterna videntur. Potentia sublimantur. Primo propter seipfos, vt bona quæ mente conceperunt potenter exercere possint. Secundo propter electos, vt eis in bonis tutela sint. Tertio propter reprobos, vt eos reprimant, ne tantum quantum volunt noceant. Sanitate solidantur, ne iusti de eorum egritudine contristentur, sed de eorum salute lætentur. Econtra, quidam mali hic ægestate, afflictione corporis, dolore suspirant, vt per hæc discant quàm amara sunt, ad quæ prius moribus festinant. *Discipulus.* Quare quidam mali diu viuunt, quidam vero boni citius moriuntur, econtra, aliqui boni diuturnam vitamducunt, mali vero celerius obeunt? *Ma-*

De miseria malorum.

De longa vita malorum.

*gister.*

*gister.* Mali ideo diu viuere permittuntur, vt electi per eos exerceantur, & viciis corrigantur, ipsi vero post, maiori supplicio torqueantur. Boni autem citius tolluntur, ne diutius hic aduersis atterantur, sed maturis gaudiis inferantur. Econtra, longeva vita iustis datur, vt meritum illorum augeatur, cum plures per eorum exempla conuertuntur. Mali sanè celeriter ad tormentum rapiuntur, vt electis adhuc errantibus timor incutiatur, & sic ab errore trahantur. *Discipulus.* Sūt foelices, qui hic aduersitate nō tanguntur? *Magister.* Immo infoelices sunt quibus permittitur hic suauiter viuere, & omnia desideria sua pro libitu implere. Sic aduersitate non tangun-

De vita  
longa iu-  
storum.

De infoe-  
licissimis

tanguntur, quia tali modo ut arida ligna ad ignem nutriuntur, Contra sunt foelicissimi, qui hic à suis desideriis arcantur, & multis asperitatibus exercentur, quia tali modo, ut filij ad regnum erudiuntur flagellis, ut dicitur, Deus flagellat omnem filium quem recipit. Volo te scire, quod reprobis, quamuis corona regni potantur omnino impotentes sunt, & nunquam sine supplicio erunt, electi vero quamuis captiui, quamuis in carcere semper, potentes sunt, & nunquam premio carebunt. *Discipulus.* Pro Dei amore fac me hoc celerius videre. *Magister.* Reprobi impotentes sunt, quia præuenit eos ira Dei. Bonū uolūt, & ideo nullo modo possūt.

Malum

De foelicissimis.  
Hebr. 12.

Impotentia reproborum.

Boetius.

Malum vero volūt & possunt.  
Malum vero probatum est nihil esse, ideo constat eos nihil posse. Sine supplicio non sunt, quia sæua conscientia cruciantur, continuo timore anxiantur, ne capiantur, ne occidantur, ne res suæ tollantur, Vnde dicitur, Non est pax impiis dicit Dominus. E contra, electi nimium potentes sunt, quia præuenit eos gratia Dei, & bonum volunt & possunt, malum vero despiciunt. Premium non carent, quia sine timore manent, & futuræ libertatis certi gaudent. Vnde dicitur, Iustus sine timore erit. Aliud autem volo tibi insinuare, quod malis nihil boni contingat, & bonis nihil mali eueniat, *Discipulus.* In Dei nomine

Potentia  
electorū.

quid



quid loqueris? Nonne hic mali conuiujs deliciantur, decore & commixtione mulierum iocundantur, & preciosa veste gloriantur, pecunia & magnis ædificiis exaltantur. E contra, boni hic carceribus includuntur, verberibus tunduntur, fame & siti, & aliis cruciatibus affliguntur? *Magister.* Cum fortuna malis prospera ariserit & eis copiam de suo cornu his bonis quæ enumerasti repleuerit, tunc assimilantur pici, qui mordens hamum gratulatur, sed hoc tripudio de aqua tractus enecatur. Aut illi cui poculum mellis præbetur, & post sine fine amarum mare epotare cogetur, nam pro epulis replentur, vt ille ciues absinthio amaritudinis, & pro

Mali in  
opes &  
miseri.

G

mulic-

I. ue. 13.

mulierū amore sulphureo phæ-  
tore, pro vestitus nitore, indu-  
entur confusione, & pro pecu-  
nia & ædificiis hereditabunt  
vmbas in infernalibus antris.

Vnde dicitur. Ducunt in bonis  
dies suos, & in puncto ad infer-  
na descendunt. Porro boni,

quosquos asseris, huiusce mo-  
di incommodis affici, similes  
sunt illis, qui piper vel aliam

Iob 21.

amaram herbam gustu præli-  
bant, vt vinum præsumptum  
suauius sapiat. Ita ipsi pro car-  
cere recipientur in æterna taber-  
nacula, pro verberibus obtine-  
bunt gaudium & lætitiā, pro

Lucæ 16.

Apo. 7.

Iusti lo-

cupletes

&amp; beati.

fame & siti non esurient neq;  
sitiēt amplius, pro cruciati-  
bus fugiet dolor & gemitus.

Ex quo probo, iustos semper  
locupletes & beatos, impios

esse

esse inopes & miseros. *Discipul.*  
 Vnde dignitates. *Magister.* A  
 Deo utiq; sunt omnes dignita-  
 tes vel potestates, malorum seu  
 etiam bonorum. Vnde potestas  
 non est nisi à Deo. Cur autem  
 aliquando boni, aliquando ma-  
 li potestates sortiantur, iam su-  
 perius dictum est. *Discipulus.*  
 Quam sententiã profers de his  
 qui eas vendunt velemunt?  
*Magister.* Qui eas emunt cum  
 Symone interitum suscipiunt.  
 Qui vero vendunt cum Giezi  
 lepram animæ incurrunt. *Disci-  
 pulus.* Habent prælati maius  
 meritum apud Deum? *Magi-  
 ster.* Ordo officij aut dignitas  
 potestatis nihil confert homi-  
 ni apud Deum, si desit meri-  
 tum. Porro qui in Ecclesiis  
 præfunt, vt Præbiterij &

De digni-  
 tatibus.

Actuū. 9.  
 4. Reg. 5.

G 2

Episco-

De cura  
pastoralis  
prælatorum.  
Matth. 24  
Gregori.

Episcopi, si verbo & exemplo bene præ sunt, tot præmia præ aliis habebunt, quot animæ per eos saluæ fiunt, vt dicitur. Super omnia bona constituet eos. Si autem subditis verbum salutis subtrahunt, & eos in roueam mortis per sua exempla ducunt, tot pœnas præ aliis hæreditabunt, & quot animæ eorum exemplo perierunt, vel quot saluare prædicando neglexerunt, vt dicitur. Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et iterum. Potentes potenter tormenta patientur. Qui autem in sæcularibus prælati sunt, vt Reges & iudices, si iuste iudicant, & subiectos clementer tractant, maiorem gratiam præ aliis à iusto iudice Deo consequentur, quia qui

Sap. 6.  
Prælatorum  
sæcularium  
conditio.

bene

bene ministrant, bonum gra-  
 dum sibi acquirunt. Si autem  
 iniuste & crudeliter populum  
 opprimunt, atrociora suppli-  
 cia præ aliis habebunt, quia  
 durissimum iudiciũ fit his qui  
 præsumunt, & iudicium sine mi-  
 sericordia ei qui non fecit mi-  
 sericordiam. *Discipulus.* Cum  
 electi non sint de mundo, cur  
 cum reprobis patiuntur aduer-  
 sa mundi? *Magister.* Quia ma-  
 lis communicant, ideo cum  
 ipsis aspera tollerant, quia vo-  
 ro in mundialibus sæpe irreti-  
 untur, ideo à mundi infortu-  
 niis affliguntur. *Discipulus.* Quid  
 est prouidentia Dei? *Magister.*  
 Ea cognitio qua omnia ventu-  
 ra præsciuit, immo inspexit vt  
 præsentia. *Discipulus.* Si Deus  
 cuncta præsciuit, & ita ea ven-

1. Tit. 2.

Sapient. 6.

Iacobi 2.

De prou-

dentia

Dei.

Augusti.

tura per Prophetas prædixit, & non possit in sua prouidentia falli, & cœlum & terra prius transierunt quam verba Dei possint immutari, videntur necessitate cuncta euenisse quæ nunquam contigerunt, vel adhuc futura sunt. *Magister.* Duæ necessitates sunt. Vna naturalis, vt solem in oriente oriri, vel diem noctem sequi. Altera voluntaria, vt hominem ambulare, sedere. Quæ Deus vult vt fiant, vt cœlum & terram inuitabile est non euenire, sed omnia necesse est contingere. Quæ autem tantum fieri permitit, vt homines per liberum arbitrium bonum vel malum facere, non est necesse euenire. Omnia quæ futuri homines facturi erant, Deus

futura

Necessitas duplex.

Præsentia Diuina.

futura præsciuit & per Prophe-  
 tas fienda prædixit. Non ta-  
 men aliquam vim sua præsci-  
 entia eis obtulit vt fierent, sed po-  
 tius ipsi vim necessitati intule-  
 runt, cum voluntatem suam  
 explerent. *Discipulus.* Accidit  
 aliquid casu? *Magister.* Nihil  
 omnino, sed omnia Dei ordina-  
 tione. *Discipul.* Quomodo tunc  
 aliquæ Ecclesiæ vel ædificia et-  
 iam fortuito igne inuadente  
 quasi casu concremantur? *Mag.*  
 Casus nihil est. Scriptum est  
 autem, Nihil fit in terra sine  
 causa. Vnde patet, quod nul-  
 la Ecclesia vel alia causa etiam  
 in mundo nec comburitur, nec  
 destruitur, nisi prius a Deo iu-  
 dicetur. Contigit autem hoc  
 tribus causis. Primo si Ecclesiæ  
 ædes per iniuste acquisita fiât.

Casus ni-  
 hil est.  
 Job. 5.

Ecclesiæ  
 detrimē-  
 tum pro-  
 pter tria.

Secundo si inhabitantes eas per immundicias coinquinant. Tercio, si eas homines plus quam Deum diligunt. Sed nec minimum pecus homini moritur, vel infirmatur, nisi nutu Dei iudicetur. *Discipulus.* Cū mors & egritudo sint poenae peccati, cur hæc pecora patiuntur cum per discretionem peccare nesciant. *Magister.* Per ea homo punitur cum eorum dolore vel morte in animo torquetur. *Discipulus.* Hoc potest esse de domesticis, Quid dicis de agrestibus? *Magister.* Quod ea egritudine vexantur euenit eis à corrupto aere, vel ab aliis rebus quæ ob peccatum hominis in contrarium mittuntur. *Discipulus.* Quid est prædestinatio Dei? *Magister.* Ea ordinatio qua

Mors &  
ægritudo peco-  
rum.

ante



ante creatum seculum quosdam ad suum regnum præordinauit, de quib<sup>9</sup> nullus perire possit, & omnes saluari necesse sit,

De præ-  
destinati  
onc.

Quosdam ad pœnam quos peccatores præsciuit, de quibus nulla salus erit. *Discip.* Quomodo possint agnosci? *Magister.* Qui in bonis artibus vsq; in finem perseuerauerint, vel mala quæ faciunt, ea deseruerint, & ad pœnitentiam profuerint, & in hac vsque in finem perdurauerint hii prædestinati sunt. Qui autem in malis perdurat vel bona agens hæc relinquit, & mala perpetrat, & in his vsque in finem insistit, de reprobis existit. *Discipulus.* Si nullus saluari potest nisi prædestinati sunt, ad quid alij creati sunt, vel in quo rei sunt vt pereant? *Magister.* Quic-

Rom. 8.

G 5

quid

Reprobi  
quare  
creati.  
Gregori

quid prædestinati faciant, perire nequeunt, quia omnia cooperantur in bonum illis, etiã ipsa peccata. Post grauiora humiles erunt, & de sua saluatione vberiores Deo laudes referunt. Reprobi autem propter electos sunt creati, vt per eos in virtutibus exercentur, & à vitiis corrigantur, & eorum collatione gloriosiores appareant, & cum eos in tormentis viderint, de sua euasione amplius gaudeant. Et etiam propter seipsos iuste pereunt, cum malum sponte sua eligunt, & volunt sine fine viuere, vt possint sine fine peccare. *Discip.* Quare Deus permittit per eos peccare electos? *Magister.* Vt patefaciat eis diuitias misericordie suæ. *Discipulus.* Saluatur præde-

prædestinati si non laborant?  
*Magister.* Prædestinatio taliter  
est constituta, vt præcibus vel  
laboribus obtineatur, quia per  
multas operationes & tribula-  
tiones oportet nos introire in  
regnum Dei. Paruulus itaque  
per mortem, prouectis autem  
ætate datur prædestinatio per  
laborum exercitationem. Quia  
vero scriptum est. In domo Pa-  
tris mei mansiones multæ sunt,  
vt vnusquisque obtineat man-  
sionem secundum suum propri-  
um laborem, ita prout quisq;  
plus laborauerit digniorem,  
qui minus inferiorem posside-  
bit. Nullus tamen plus labo-  
rare poterit, quam eum diuina  
gratia adiuuerit, nec aliam quis  
mansionem habiturus erit quã  
eam ad quã anteq̃ mūdi exordiū

Laboran-  
dum pro  
salute æ-  
terna.

ioan. 14.

præor-

Gratia  
Dei ad-  
iutrix.

Rom. 9.

Vbi su-  
pra.

Thob. 4

præordinatus fuit, quia non  
volentis neque currentis, sed  
miserentis Dei est. Ita nullus  
reprobatorum plus facere præ-  
ualet quam Diutna censura per-  
mittit, nec aliam poenam habe-  
bit, qui eum Diuinum iudiciū  
ante mundi creationem, suum  
interitum habiturum præsci-  
uit, vt dicitur, antequam bo-  
num vel malum fieret. Esau o-  
dio habui, Iacob autem dile-  
xi, *Discipulus*. Sicut illi viden-  
turrei, qui multa de Deo au-  
dierunt, & obsequi noluerūt,  
ita videntur innoxij qui nun-  
quam aliquid de Deo audie-  
runt, & ideo non fecerunt. *Ma-  
gister*. Homines sunt ita creati,  
vt naturaliter per dilectionem  
proximi seruiant creatori, per  
illud, Quod tibi non vis fieri,

alij

alij ne feceris. Nullus vult pa-  
 ti furtum, adulterium, homi-  
 cidium, non faciat vlli. Cum  
 hoc homines in proximo sper-  
 nunt, Deo qui est dilectio con-  
 tradicunt. Quamuis nullus in  
 orbe sit angulus, vbi notus nō  
 sit Deus, cum mercandi gratia  
 vel alterius rei, & in terras vbi  
 Deus colitur mixti homines e-  
 ant, & quæ ibi de Deo audie-  
 runt, domi referunt, & ideo  
 sunt inexcusabiles. *Discipulas*  
 Possunt excusari qui Deum  
 ignorant & bona, & ideo fa-  
 ciunt mala? *Magister.* Qui igno-  
 rat ignorabitur, Qui enim De-  
 um in fide & opere vt gentes  
 ignorant, hos Deus vt hostes  
 damnat. Qui autem per fidem  
 Deum nouerint, sed volunta-  
 tem eius simpliciter vt rustici

Augusti.  
 i. Ioan. 4

i. Cor. 4.

De dam-  
 natione  
 rustico-  
 rum.

igno-

Lucæ 12.

Vbi fu-  
pra.

ignorant, si damnantur non grauiter damnantur, vt dicitur, Seruus nesciens voluntatē domini sui & non faciens, vapulabit plagis patiens. Qui autem per ingenium scire possunt, sed per maliciam scire dissimulant, vt Clerici durius puniuntur, vt dicitur. Qui scit & non facit plagis vapulabit multis. Qui vero bona audire nolunt, & quæ debent facere discere contemnunt, duplici animaduersione subiacebunt. Primo pro contumelia, quia scienter peccant. Secundo pro contemptu, quod bonum discere recusant, vt dicitur, Reuelabur cœli iniquitatem illorum, & terra aduersus eum consurget in die furoris Domini, qui dixerunt Domino recede a nobis, scientiam

entiam viarum tuarū volumus.

*Disc.* Quid est originale pecca-

tum? *Mag.* Iustitia; *Discip.* Pla-

nius edicito mihi. *Magist.* Deus

primo hominem iustum fecit,

quam iustitiā ipsum seruare &

posteris relinquere iustum fuit.

Omnis itaq; homo tali iustitia

nāsci debuit, quali Adam cō-

ditus fuit. Sed quia hanc Adā

sponte deseruit, omnis homo in

iniustitia originē viuēdi sumit.

Quæ iniustitia originale pecca-

tum vocatur, qua omnis homo

damnatur, nisi ei in baptisate

per mortem redemptoris dimit-

tatur. *Discipulus.* Cum omne

peccatum sola voluntate per-

petratur, non ideo quōmodo

iuste infanti recēter animato

vel nato peccatum imputetur,

præsertim cū nullam voluntatē

peccan-

IOB IO.

De pec-  
cato ori-  
ginali.

Infans re-  
cens na-  
scitur p-  
pter tria.

peccandi habeat, nullamq; iustitiam facere vel intelligere, præualeat. *Magister.* Infans recenser animatus vel natus, tribus de causis existit. Primo quia iustitiam naturaralem nõ habet quam Deus primo homini contulit. Secundo quia debitor satisfaciendo pro temeritate desertionis existit. Tertio, quia miseria incurrendo se inutilem suo Domino fecit. Omnis autem homo Angelis adæquandus iustus nasci debuit, sicut Deus constituit. Sed quia hanc Adam deseruit, Deus eam ab omni posteritate eius exigit. *Discipulus.* Cum scriptum sit. Filius non portabit iniquitatem patris, & iterum. Unusquisq; onus suum portabit quomodo ab infantia istud

Eze: 18.  
Galat. 6.

exigi-



exigitur quod à parente delinquitur? *Magister.* Nullius peccatum ab alio exigitur, nullus pro alterius, sed pro sua ipsius iniustitia punitur. Deus iustitiam ab omni homine exigit, quam primo dedit. Omnis autem homo in natura est Adam, in persona est filius Adam. Sed quia omnis homo absq; hac iustitia nascitur, non pro hoc quod Adam eam deseruit, sed quia ipse eam non habet punitur. Igitur quia naturalis iustitia in infante non inuenitur, à iustitia Dei iuste repellitur, ac iustissime cum iniustis à Deo poenæ subiicitur; qui etiam in tertiam & quartam generationem, peccata iuste vlciscitur. *Discipulus* Nil magis cupio audire. *Magister.* Deus in prima ge-

Iusta puni-  
tio pec-  
cati ori-  
ginalis.  
Exod. 20

Vindica-  
tio pecca-  
ti in quar-  
tam ge-  
neratio-  
nem.

H

nera-

Exo. 14. generatione peccata retribuit, dū peccātes pro naturali lege spre-  
ta diluuiο deleuit. In secunda  
generatione puniuit, dū delin-  
quētes per idolatriā mari rubro  
obruit. In tertia generatione  
peccantes mulctauit, dum eos  
per transgressa scripta lege, bel-  
lis exterminauit. In quarta ge-  
neratione peccata vindicabit,  
dum p̄ despecto Euangelio cō-  
temptores extrem⁹ ignis deuo-  
rabit, quāuis ipsi p̄ peccatis pa-  
rentū filij in sua iniustitia iuste  
deseruntur, & hic & ibi puniā-  
tur. Quatuor quoq; genera sūt  
peccādi, Cōgitatio, locutio, o-  
peratio, in malis perseuerantia.  
In tertia igitur & quarta gene-  
ratione Deus peccatū retribuit,  
dum pro factis in malis perdu-  
rantes punit. *Disc.* Cū caro tan-

Peccati  
genera 4

tum ab

tum ab Adā assumatur, anima autē à Deo tribuatur, mirū est quomodo iuste ab anima exigatur, quod per carnē cōuahitur? *Mag.* Non puto te ita desipere, vt arbitreris carnē absq; anima hominē esse. Anima quippe ad hoc datur, vt caro viuificetur. Itaq; ante acceptā animā nihil à carne exigitur, nec ab anima ante coniunctionē carnis quicquā exquiritur, præsertim, cū in semine humanæ conceptionis nulla culpa, sicut nec in sanguine, nec in sputo esse comprobatur, & anima innocēs à Deo creatur. Porro animæ & corporis coniunctio homo dicitur, & ad hoc debitum Ade iusti exigitur, & in iniquitatibus concipitur, id est in concupiscentia. Omnis namque

H 2

homo

Peccati  
origina-  
lis iniu-  
stia.

homo debuit sine concupiscen-  
tia generari, sicut manus ma-  
nui iungitur absq; delectatio-  
ne. Sed quia primus homo à  
iustitia naturali recessit, & in-  
terdictum concupiuit, mox cō-  
cupiscentia eum seruum sibi  
subegit, & ipsum omnesq; po-  
steros sibi in concupiscentia sua  
generare cōegit. Igitur omnis  
qui in concupiscentia concipi-  
tur, iniustus nasci conuinci-  
tur, & ideo si absq; baptisma-  
te, quæ est mors Christi mori-  
tur, in cœlis Angelis cōquã-  
dus non assumitur. Nullus  
quippe Angelis æquabitur, ni-  
si cui nulla iniustitia sicut nec  
ipsis dominabitur. Nemo autē  
mundus à forde, nec vnus no-  
ctis in orbe. *Discipulus.* Adhuc  
scrupulus meum animum tenet

Galat. 5

cui

cui fortiter inheret. *Magister.*  
 Quisnam? *Discipulus.* Cum caro  
 insensibilis sit ac per se facere  
 nihil possit, nulla ratione vi-  
 deo qualiter aduersus spiritum  
 concupiscere dicatur, & eum  
 ad consensum sui attrahere a-  
 struatur. *Magister.* Hoc clavis  
 David clausam citius reserabit.  
 Quemq; hominem ab Adam  
 carnem, animam autem à Deo  
 constat habere, sed concupi-  
 scentiam, nec ab Adam, nec à  
 Deo habere, nullus ignorat.  
 Cum vero anima carni iuncta  
 fuerit, concupiscentiam ab ea  
 trahit. Duas autem vires inef-  
 se animæ nullus dubitat, vnam  
 quæ corpus viuificat, alteram  
 quæ inuisibilia considerat. Et  
 illa qua corpus viuificatur ani-  
 malitas, vel carnalitas, vel sen-

Galat. 2.

Vires ani-  
mæ du-  
plices.

H 3

suali-

sualitas nominatur. Illæ autem quæ inuisibilia cōtemplantur, spiritus vel mens, vel intellectus nuncupatur. Inferior ergo pars animæ quæ animalitas vocatur, à corpore quod corrumpitur aggrauatur & sensibus carnis vniuersa ab eis obruitur, & spiritalia obliuiscitur, tantum in terrenis delectatur, & idcirco caro appellatur, &

Sapi. 9.

contra spiritum concupiscere astruitur. Superior autem vis animæ quæ spiritus vel interior homo nominatur, spiritua- lia & cœlestia scrutatur, caduca respuens, inuisibilium contemplatione delectatur, & ideo carni aduersari prohibetur. *Di-*

Separati  
o spiritus  
ab ani-  
ma.

*scipulus.* Quomodo spiritus ab anima potest separari? *Magi- ster.* Sicut Adam ab Eua. A-

nima

nima namq; vxor spiritus scribitur caro vtriusq; ancilla dicitur. Spiritus itaque imperet vxori suæ per rationem, anima obediat marito suo per dilectionem, caro ancillæ obediat, famuletur per operationē. Quod si vxor ab ancilla illecta maritum ad consensum mali inclinauerit, & ipse cum ea per ancillam peccatum perpetraverit, sicut serpens periuadens, mulier concupiscens, vir consentiens, pœnis subduntur.

*Discipulus.* Quid ergo facient?  
*Magister.* Sara scilicet anima, Abrahe, id est spiritui adherens carnalia respuat, spiritua- lia concupiscat, Agar ancillā, id est carnem suam vigiliis & ieiuniis ad bona opera cōstringat, & sic eis Isaac, id est verum

Genes. 3.

H 4

gaudi-

gaudium nascetur, quo non discordes, sed per eum pace concordemur. *Discipulus.* Habet incrementum anima? *Magister.* Non quantitate sed

Defatuis

ratione. *Discipulus.* Qualiter nasciunt quidam fatui, dum animæ rationales sint? *Magister.*

Cum crassior humor in vitioso matris vtero concipitur, quodammodo anima in hoc corpore sculo hebetatur, sicut etiã iam adulti aliqua infirmitate sensu priuantur. *Discipulus.* Sunt animæ ab initio creatæ aut creantur quotidie? *Magister.* Deus omnia simul & semel per materiam fecit, vt dicit. Qui fecit quæ futura sunt. Postmodum autem vniuersa per speciem distinxit. Animæ igitur ab initio sunt creatæ inuisibili mate-

Eecle. 3.

ria.



ria, formantur autem quotidie per speciem, & mittuntur in corporum effigiem. Vnde & Dominus ait, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Et alibi. Qui finxit singulatim corda, id est animas. *Discipulus*. Cur corpus vocas immundum de Christiano natum homine? *Magister*. Quia de immundo semine concipitur, vt dicitur. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. Et alibi. In iniquitatibus conceptus sum. *Discipulus*. Cum homo totus in baptis- mate mundetur, & coniugium bonum prædicetur, quomodo immundum semen eius dicitur? *Magister*. Homo in baptis- mate interiorius & exteriorius sanctificatur, sed rursus semen eius per

Creatio  
animarum.

Ioan. 5.  
Psalm. 32

H s

carnis

Iob 14.  
Psalm. 50

Transfu  
sio pecca  
ti origi  
nalis.

carnis concupiscentiam coinquinatur. *Discipulus.* Cum illa commixtio nequeat fieri absq; delectatione carnali, & ille infans non possit repugnare parentibus, vt pote adhuc informatus, quomodo est ipse immundus, aut culpæ aut pœnæ obnoxius? *Magister.* Crimen huius pollutionis parentes deferentes transfundunt quasi iure hereditario in generatione prolis, & ideo tenentur obnoxij culpæ Adæ, in quo omnes peccauerunt, & in quo omnes mortui sunt. *Discipulus.* Si omnes mortui sunt, quomodo nascuntur viui? *Magister.* Sicut si quis ad aliquam fenestram se demonstraret & statim reuerteretur, sic homo nascens quasi demonstratur in mundo, & mox

in mor-

in mortem reuertitur. *Discipulus.* Si peccata relaxantur in baptismo, cur baptifantur qui de eis nascuntur? *Magister.* Si aliqua pasta veneno fuerit corrupta, omnes panes ex ea cōfecti sunt mortiferi. Sic Adam fuit massa corrupta, & ideo ex eo omnes nati sunt, & idcirco morte digni, nisi fuerint in morte redēptoris per baptismum viuificati. Sicut ergo parentes pro se ipsis sunt in baptismo emundati, sic filios oportet pro se ipsis per mortem Christi in baptismo renouari, vt dicitur. Omnes in Christo viuificabuntur. *Discipulus.* Si prægnans baptifatur prodest infanti illa baptifatio si in ea moriatur? *Mag.* Nihil, Nondum enim per secūdū Adam fuit natus, & ideo in  
 Chri-

Rom. 5.  
 2. Cor. 5.  
 Anselmo  
 De bapti  
 smo.

1. Cor. 15.

Christo non iudicatur renatus  
*Discipulus*. Cur non permittit  
 Deus quosdam nasci vt bapti-  
 sentur, aut natos prius morte  
 subtrahit quam regenerentur?

Psalm. 35

*Magist.* Iudicia tua abyssus mul-  
 ta, ideo occulta. Quamuis cau-  
 sa in his eluceat, cum notum sit  
 quod propter electos fiat, vt  
 videlicet cum istos immeritos  
 & pene sine peccato viderint  
 in pœna, & se post multa faci-  
 nora tam indebitos in gloria ve-  
 berius iubilantes, Deo gratias  
 referant, cuius gratia tam me-  
 ritas pœnas euaserunt. *Discipu-  
 lus*. Quam pœnam habent par-  
 uuli? *Magister*. Tenebrosam  
 tantum. *Discipulus*. Nocet ali-  
 quid infantibus, quod illicito  
 coniugio, scilicet de adulterio  
 vel cognatis, vel Monachis,

vel

De par-  
 tibus.

vel Monialibus nascuntur?

*Magister.* Nihil omnino, si fuerint baptisma consecuti. Sicut nec tritico nocet, si furatum per furem fuerit seminatum. *Discipulus.*

Nocent peccata parentū filijs, vel filiorum parentibus?

*Magister.* Pater nō portabit iniquitatem filij, filius non portabit iniquitatem patris. Si filij parentibus in malis non consenserint, aut parentes filios prohibere ab his non poterunt, nil nocebunt peccata adulterorū adulteris, sicut nec Iosue nocuit quod prauum patrem habuit, & rursum ei non nocuit quod nequam filium genuit. Si autē parentes filiis vel filij parentibus consensum præbuerint in peccatis malis suis, cum ipsis etiam non pro illorum sed pro

Eze. 18.

suis

suis malis damnabuntur. *Discipulus* Est graue peccatum ducere cognatam? *Magister*. Secundum naturam nullū, secundum Ecclesiæ statum magnū. *Discipulus*. Quomodo hoc probas? *Magister*. Nullum peccatum fuit comedere pomum, sed contra Dei præceptum comedere fuit maximum. *Discip.* Quare tunc sancti parentes olim suas duxerunt cōsanguineas? *Mag.* Caritas apud illos non extendit sed latius quam ad amicos, vt dicitur. Diliges amicum & odio habebis inimicum. Debu-erunt ergo cognatorum filias accipere, quibus possent amorem impendere. Apud nos autem extendit se caritas etiam ad inimicos, vt dicitur, Diligite inimicos vestros. Quia igitur

Cognite  
dilectio  
si licita.

Anselm.

tur ipse sanguis non cogit cognatos diligere, statuit sancta Ecclesia per spiritum sanctum alienorum filias ducere, vt vxor inter nos & extraneos sit dilectionis vinculum, quo charitas se dilatat per omne genus humanum. *Discipulus.* Quomodo probas non esse peccatū cognatam ducere? Licet duobus fratribus duas sorores ducere? *Magister.* Licet, soror enim vxoris meæ fit mea cognata per eius sanguinem. Rursus meus frater cognatus efficitur vxoris meæ per meum sanguinem. Si igitur secundum naturam est peccatū, aut ducit meus frater meam & suam cognatam? Igitur secūdū naturā nullū est peccatum, secūdum interdictū graue est piaculū. *Di.* Nō possū

Leui. 19.

Matth. 3.

intel-

Comma-  
trum du-  
ctio si li-  
cita.

Coniugi-  
um Chri-  
sti & Ec-  
clesiæ.

intelligere quomodo sit illicitum commatres vel filiolas ducere. *Magister.* Hoc sicut superius secundum naturam non est peccatum, sed secundum Sacramentum. Sicut vxor filij, tu mater est in carnali generatione, sic illa quæ illum suscepit de fonte fit eius mater in spirituali generatione. Et ita fit tua commater soror tuæ vxoris, & filiola tua soror tuæ filiæ. Similiter si tu alterius filiam leua-ueris compater, idem frater sui patris eris, & non licet vlli duas sorores, aut mulieri duos fratres accipere. Igitur per sacramentum tale coniugium est penitus illicitum. Propter quod sacramentum, per carnale conubium significatur Christi & Ecclesiæ coniugium. Sicut enim

VIR



vir mulieri commixtus vnum  
 cum ea corpus efficitur. Ita Ec-  
 clesia per comestionem Corpo-  
 ris Christi vnum cum ipso, &  
 ipse per assumptionem huma-  
 næ naturæ vnum cum ea effici-  
 dicitur, vt scribitur. Erunt  
 duo in carne vna, Ego autem  
 dico in Christo & Ecclesia. Si-  
 cut ergo humana natura à Chri-  
 sto erat aliena, quam sibi con-  
 iunxit, ita debet esse foemina  
 ex alia parentula quam vir in  
 matrimonio ducit. *Discipulus*  
 Quid de commatibus? *Magi-*  
*ster.* Commatres & filiolaræ ideo  
 nobis in copula interdiciuntur,  
 quia nobis spiritualiter in sa-  
 cramento coniunctæ nascun-  
 tur, & indignum iudicatur. vt  
 de spirituali ad carnalem de-  
 scendatur. *Discipulus.* Licet plus  
 I quam

Gene. 2  
 Ephes. 5

quam vnam vxorem ducere?  
*Magister.* Sicut Christus non nisi vni Catholicæ Ecclesiæ copulatur, sic ex lege Diuina vir iure non nisi vni mulieri forciatur. Vnde & primi patres nuptias non repetisse leguntur, Quod autem inter Christianos vna mortua alia ducitur, non est Diuinum, sed Apostolicum permissum, vbi dicit. Si autem acceperis vxorem, non peccasti, Hoc autem dico, secundū indulgentiam, & non secundū imperium. Et hoc ob incontinentiæ medicamentum, ne in fornicationis prolabatur abyssum. Porro quod repetitur tertio, fornicationi ascribitur.  
*Discipulus.* Anima mea gratulare, quia omnia quæ desiderasti contigit me audire. Eija nunc  
nobili-

Vno du-  
cenda.  
1. Col. 7.

nobilis Doct̄or, pocula Spiritus sancti tibi abunde infusa conferuis tuis largiter erueta, & quod mihi iam de praelatis dixisti, de reliquis Ecclesie ministris quid sentias insinua.

*Magister.* Primo igitur sacerdotes si bene vixerint exēplo sunt mundi. Si bene docuerint, verbo, sunt sal terræ. Reliqui vero sunt fenestræ in domo Domini, per quos lumen scientiæ splēdet his qui sunt in tenebris ignorantia. Si bene vixerint & non docuerint sunt carbones ignis qui ardēt & nō lucent, Si bene docuerint & male vixerint, sunt ardens candela quæ aliis lucet, & sibimetipsi cera liquefcēte deficit. Vel cāpana de qua aliis dulcis sonus redditur, & ipsa assiduo pulsu atteritur.

Sacerdotes quibus similes.

Iohel. 2.  
Apoc. 6

De reli-  
giosis.

Hier. 48

De mili-  
tibus.  
Psal. 87

Si autem nec bene viuunt nec bene docent, sunt fumus qui ignem obfulcat, & aciem oculorum reuerberat. De his dicitur. Stellæ non luxerunt, ideo ceciderunt. *Discipulus*. Quid dicis de mundi contentientibus, scilicet Monachis & aliquibus habitu Religiosis? *Magister*. Si propositum suum bene viuendo & religiose expleuerint, milites Dei erunt. Si autem miserabiliores sunt omnibus hominibus, quia nō habent, nec sæculum nec Deum. De his dicitur: Descendent in infernum viuentes, quia scientes. *Discipulus*. Quid sentis de militibus. *Magister*. Parum boni: De præda enim viuunt, de rapina vestiantur, dehinc possessiones coëmunt. De his dicitur. De-

cccc

fecerunt in vanitate dies eorū, ideo ira Dei descendit super eos. *Discipulus.* Quid habent mercatores spei? *Magister.* Paruam, Nam fraudibus, periurijs, furtis, omne pene quod habent acquirunt. *Discipulus.* Nonne sacra loca frequenter visitant, libenter Deo sacrificant, & elemosynas dant? *Magister.* Hæc omnia ideo faciunt, vt Deus eis res suas augeat, & habitas custodiat, per hæc recipiunt mercedem suam. De his dicitur: Qui confidunt in multitudine diuitiarum suarum, vt oves sunt positi in inferno, mors depascet eos. *Discipulus.* Quid varij artifices? *Magister.* Pene omnes pereunt. Nam quicquid faciunt, cum maxima fraude agunt. De his dicitur: Non

De mercatori-  
bus.

De artificibus.  
Iob 24.  
Psal. 42.

De iocu  
latoꝝ.

sunt tenebræ, & nō est vmbra  
mortis, vt abscondantur ibi,  
qui operantur iniquitatē. *Disc.*  
Habent spem ioculatores? *Ma-*  
*gister.* Nullā. Tota namq; intē  
tione sunt ministri Sathanæ.  
De ipsis dicitur: Deum nō co-  
gnouerunt, & ideo Deus spre-  
uit eos & Deus subsanabit eos,  
quia derisores deridentur. *Disc.*

De pu-  
blicis pœ-  
nitenti-  
bus.  
Prou. 2.

Quid dicis de publicis pœnitē-  
tibus. *Mag.* Noli dicere pœni-  
tentibus, sed Deum irridenti-  
bus. Deum enim irrident, & se  
ipsoꝝ decipiunt. Qui lætantur  
cum male fecerint, & exultant  
in rebus pessimis, cum homines  
occiderint cantant, cū adultera-  
uerint, exultant, cum peierant  
aut sacrilegium perpetrant, ca-  
hinnāt. In pœnitentiā consti-  
tuit diuersa fercula, diuersa fer-

Esai. 66.

cula

cula quærūt, variis poculis inebriari gestiūt, & omnibus deliciis plus quā alij defluunt. De his dicitur. Dabit Dnūs in carnem eorum vermē, & ignem inextinguibilem. *Discip.* Quid de fatuis? *Mag.* Inter pueros computantur. Melius enim nesciūt facere, & ideo saluantur. *Disc.* Quid de agricolis? *Mag.* Ex magna parte saluantur, quia simpliciter viuunt, & populū Dei suo sudore pascunt, vt dicitur, Labores manuum tuarū quia manducabis. *Discipulus.* Quid de paruulis? *Magister.* Non loquentes, vt sunt triennes duntaxat baptisma consecuti saluantur, vt dicitur, Taliū est enim regnū cœlorū. Qui vero quinquēnes sunt & supra, quidam pereant quidam saluantur.

De fatu.  
is.

De agricolis.  
Psal. 138

Matt. 19.

Augusti.  
Matt. 7.  
2. Tim. 2.  
Rom. 9.

*Magister.* Arcta est via Domini quæ ducit ad vitam, & pauci ambulant per eam. Tantum ut columba pura grana eligit, ita Christus electos suos de his omnibus generibus latentes colligit, qui etiam quosdam de genere latronum assumit, Nouit enim qui sunt eius, pro quibus etiam sanguinem fudit. *Discipulus.* Cum scriptum sit Christus pro impiis mortuus est, & gratia Dei pro omnibus gustauit mortem profuit mors eius impiis: *Magister.* Christus pro solis electis mortuus est, quod tunc erant impij, & in foelicitate positi. Pro omnibus autem dicit, scilicet de omnibus gentibus, & de omnibus linguis, & non solum illius temporis, sed pro omnibus futuris, &

Pro quibus Christus mortuus.

pro



pro his, qui erant in inferni claustris, vt dicitur, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Domus Israël est regnum, Deum videntium, id est Angelorum. Oues quæ perierat sunt electi, quos venit Christus sua morte redimere, vt dicitur. Animam meam pono pro ouibus meis. Pro suis dixit, non pro illis de quibus dixit, vos non estis ex ouibus meis. Vnde dicitur, Venient hæc omnia super generationem istam, scilicet malorū.

*Discipulus.* Cū sit Christus ipsa misericordia, & miserationes eius super omnia opera eius, qui venit vocare nō iustos sed peccatores, cur non est misericors eorum? *Magister.* Christus est misericors super eos qui se

Matt. 15.

Ioan. 10.

Ibidem.

De misericordia

Dei.

Psal. 163.

Marci 2.

Psal. 138.

I s

cogno-

cognoscunt miseros, impij autem putant se iustos, ideo non vocat eos Dominus, ut dicitur. Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Et cū ipse sit ipsa iustitia, si supra mēbra dyaboli flecteretur misericordia, esset iniustus. Porro milerationes eius super omnia opera eius, quia solem suum oriri facit super iustos & iniustos, & pluit super eos & pascit eos. *Discipulus.* Possunt aliquibus signis internosci boni & mali? *Magister.* Possunt iusti, namq; si bene consciij & de futura spe certi sunt, vultu hilares, oculi eorum quadā gratia micantes in castu modesti, de abundantia cordis, dulces in verbis. Mali autem deprauata cōscientia, & cordis amaritudine

---

sunt

Matth. 5.

De signis  
malorū  
& bono-  
rum.

sunt vultu nebulosi, verbis & factis instabiles, risu immoderati, tristitia mordaces, intemperati ipso ingressu, scilicet modo tardi, modo festiui, venenū, quod corde gerunt, nunc amaris, nunc impuris dictis fundunt *Disc.* Si morte Christi peccata sunt remissa, cur baptisamur? *Mag.* Peccata per mortē Christi relaxantur, si in fide mortis Christi baptisamur. *Discipulus.* Quot modis relaxatur peccata? *Magister.* Septem. *Discipulus.* Quibus? *Magister.* Primo per baptismum. Secundo per martyrium. Tertio per confessionem & pœnitentiam, vt dicitur, Confitebor iniusticiam meam Domino & tu remisisti impietatem peccati mei. Quinto per lachrymas, vt dicitur,

Augusti.

Septem  
modis  
peccata  
relaxan-  
tur.  
Psalm. 13  
Eccle. 3.

Sicut

Matt. 5.  
Iacobi 5:

De con-  
fessione.

Iudiciū  
Dei dūx.

Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatū. Sexto per indulgentiam in nobis peccantibus, vt dicitur. Si remiseritis hominibus, & Pater vester dimittet vobis. Septimo per charitatis opera, vt dicitur, Caritas operit multitudinem peccatorum. *Discipulus.* Quid valet confessio? *Magister.* Quantum baptismus, Sicut enim in baptismo originalia, ita in confessione remittuntur peccata actualia. Est etiam iudicium. Nam duo sunt iudicia Dei. Vnum hic per confessionem. Aliud in vltimo die per examinationem, in quo iudex Deus ipse, dyabolus accusator, homo reus. In isto vero sacerdos Christi vicarius iudex, homo reus, & accusator.

Poeni-

Pœnitentia est sententia. Qui  
 hic iudicatur, non ibi accusa-  
 tur, vt dicitur, Non iudicat  
 Deus bis in idipsum. *Discipulus.*

Valet pœnitentia, vel eleemo-  
 sinæ si non deseruntur peccata?

De pœni-  
 tentia.

*Magister.* Sicut omnia medica-  
 menta non valent ad sanandũ  
 vulnus, quam diu ferrum fue-  
 rit infixum, nisi ferrum extra-  
 hatur. ita omnia benefacta nõ  
 proderunt nisi peccata relin-  
 quantur. Nam qui facit pec-  
 catum seruus est peccati, & ne-  
 mo potest alienum seruum fa-  
 cere liberum *Discipulus.*

Proderunt beneficia malis? *Magister.*

Matt. 8.

Pro omnibus quæ fecerint bo-  
 nis, recipient homines retribu-  
 tionem, siue in hac vita siue in  
 futura. In hac vita, vt dicitur  
 de diuite. Recepisti bona in vi-

ta tua.

Lucæ 16.  
Matt. 19.

De voti-  
uis pere-  
grinati-  
onibus.

ta tua. In futura vero, vt dicitur, Centuplum accipies. Ita contra de omnibus quæ fecerint malis, homines punientur, aut in hoc seculo, aut in futuro, vt dicitur. Ante Dei vultum nihil vnquam transit in ultum. Igitur aut ipse homo punit poenitendo, aut Deus iudicat puniendo. *Discipulus.* Prodest Hierosolimam petere aut alia loca sacra inuisere? *Magister.* Melius est pecuniam cum qua dotati sunt in pauperes expendere. Si qui autem amore Christi accensi ul' Sanctorum, peccatorum confessione facta, & pecunia de propria hereditate, vel proprio labore acquisita, ierint, & se apud congregationes Sanctorum orationibus commendauerint de rebus suis ipsis,

is ipsis; & aliis pauperibus imperientes; laudandi sunt; quia Helena atq; Eudoxia laudantur quæ hoc fecerunt. Si qui vero propter curiositatem vel laudem ad sacra loca discurrunt, hæc in mercede accipiunt, quod amena loca aut decora edificia viderunt, vel laudem quam ipsi amauerunt. Si qui autem pecunia per lucrum, aut per furtum, aut per rapinam, aut per oppressionem coacervatam perrexerunt, ita Deo vel Sanctis accepti erunt, sicut is qui filium coram patre imolat, & sic cruentatis manibus ad eum venit. *Discipulus.* Cur Deus non concessit homini, ut sumpto cibo saltim per septimanam possit carere illo? *Magister.* Fames est vna de peccati pœnis

Fames  
peccati.

pœnis. Homo sic creatus erat, ut si vellet, sine labore beatus viueret, Postquam autem cecidit, non nisi per laborem redire potuit? Quod si famem, vel frigus & cætera incommoda non sustineret, laborare nollet, & sic semper extortis a regno manaret. Indidit ergo ei Deus famem, ut hac necessitate coactus laboraret, & ad æterna hac occasione redire quæat. Et hoc de electis tantum accipe, nam reprobis omnia ad pœnam sunt. *Discipulus.* Est homini præstitutus terminus vitæ, & si potest hunc excedere viuendo, vel præuenire moriendo? *Magister.* Vnicuique statutum est à Deo quam diu debeat viuere in hoc sæculo. Ultra quem terminum non potest

De periodo hominis.



potest homo viuere vel vnum  
momentum; vt dicitur, Con-  
stituisi terminos eius qui præ-  
teriri non poterunt. Potest au-  
tem multis modis ante venire,  
siue in arma, vel bestias ruen-  
do, siue veneno, vel laqueo  
vitam extorquendo, aut flammis,  
aut vndis insiliendo. Si-  
cut mercenarius prauis mori-  
bus potest efficere, vt non so-  
lum mercede priuetur, verum  
etiam ante tempus creditum,  
expellatur. *Discipulus.* Proba,  
*Magister.* Deus eduxit filios  
Isreel de Ægypto, vt daret eis  
terram promissionis. Quã pro-  
pter peccata non sunt adepti,  
sed antequam illuc perueniret,  
sunt in deserto prostrati *Disci-  
pulus.* Peccat iudex si eos pu-  
nit? *Magister.* Immo peccat si

Iob 14.  
Præuen-  
tio mor-  
tis natu-  
ralis mul-  
tiplex.

Roma. 3.

K

non

non punit. Vindex est enim ira  
Dei in hoc ipsum constitutus.  
*Disc.* Peccat ministri qui à iudi-  
cibus iussu damnatis mortis sup-  
plicium inferunt? *Mag.* Mini-  
me, sed potius manus suas la-  
uant in sanguine peccatorum.  
*Disc.* Qui in criminibus fuerint  
deprehensi, & à iudicibus ad  
suspendendū vel ad aliud sup-  
plicium damnati in ipso articu-  
lo poenituerint, est spes aliqua  
de illis? *Mag.* Magna. Quidam  
enim per ipsum suppliciū pur-  
gantur, & vt latro in cruce sal-  
uantur, quidā orationibus San-  
ctorum de poenis liberantur?  
*Disc.* Quæ causa est quod pue-  
ri quæq; melius possunt disce-  
re quam senes? *Mag.* Quia ad-  
huc in ipsis est noua anima &  
ad vniuersa curiosa, in senibus

vero

vero quotidiano visu vel au-  
ditu est sensus obtusus, & per  
multas cogitationes attenuatus  
*Discip.* Cur non possunt iusti si-  
gna hoc tempore facere sicut o-  
lim fecerunt? *Mag.* Nullus vn-  
quam Sanctorum fecit aliquod  
signum, sed Deus per eos fecit,  
qui menti illorum praesedit, vt  
dicitur. Tu es Deus qui facis  
mirabilia. *Disc.* Habent homi-  
nes custodes Angelos? *Magist.*  
Vnicuiq; genti & vnicuiq; ci-  
uitati praesunt, qui iura, leges,  
& mores iuste dispendant &  
ordinant. Vnaquæq; etiam a-  
nima dum in corpus mittitur,  
Angelo committitur, qui eti-  
am eam semper ad bonum inci-  
tet, & omnia opera eius Deo  
& Angelis in caelum referat. *Disc.*  
Cum Deus omnia sciat & sancti

Psal. 76.

K 2

Ange-

Angeli in eo cuncta cernant, quid potest ei referri quod nesciat? *Magister.* Angelis aërus nostros Deo, & coangelis narrare non est aliud quam de nostro profectu mundo gratulati, ut dicitur. Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. Sicut e contra illorum contristari est, de nostris male gestis indignari. *Discipulus.* Sunt iugiter interra cum his quos custodiunt? *Magister.* Cum opus fuerit in auxilium veniunt, maxime cum præcibus inuitati fuerint. Non est enim mora veniendi, cum in momento de cælo ad terras, & iterum ad cælum relabi possint. Qui cum ad nos descendunt gloria intima non fraudantur, qui semper vident faciem

Lucæ 15

Matt. 18

ciem Patris quocunq; mittantur. *Discipulus.* Qualiter apparent hominibus? *Magister.* In forma hominis. Homo enim cum sit corporeus non potest videre spiritus, propterea corpus assumunt in aëre, quod homo hoc possit audire vel videre. Ipsum autem corpus magis visibile quam palpabile, non visibile tamen omnibus, nisi his solummodo quibus se volunt demonstrare. *Discipulus.* Sunt dæmones hominibus insidiantes? *Magister.* Vnicuiq; vitio positi sunt dæmones, qui sub se habent innumerabiles qui animas iugiter ad vitia illicitiunt, & mala hominum suo principi cum magno cahinno referunt. Si quis autem illorū ab istorū aliquo pugnans vin-

Angelo-  
rum ap-  
paritio.

Dæmo-  
num po-  
testas.

K 3

citur,

citur, mox ab Angelo custode  
 eius in abyssum retruditur. Nec  
 amplius in aliquo Sanctorum  
 congressu permittitur, quamuis  
 alius à principe dæmonum in  
 loco eius subrogetur. Sicut è-  
 nim homo à Dyabolo victus  
 mox de paradiso eiectus, ita cū  
 quis dæmonum à Sanctis supe-  
 ratur cōfestim cōfusius damna-  
 tur. Hi corpus de crasso aëre  
 sumunt palpabile, quo magis  
 possint fallere. *Discipulus.* Pos-  
 sunt obsidere quos volunt?  
*Magister.* Gregem porcorum nō  
 potuerunt nisi permitti, quāto  
 minus homines. Aliquādo cor-  
 pus hominis offendunt, illi ad  
 coronā, sibi autē ad pœnā. Ma-  
 lorum animas semper obsidēt,  
 Interdum etiā corpora vexāt.  
 Corpus hominis in baptisate

vt tem-

Dæmo-  
 num ob-  
 sessio.  
 Matt. 18.

vt templū Spiritui sancto oleo  
& chrismate dedicatur, vt di-  
citur. Templum Domini san-  
ctum est, quod estis vos. Igi-  
tur hoc templum semper aut  
Spiritus sanctus, aut immū-  
dus spiritus inhabitat. *Discipulus.*  
Quid valet olei vnctio infir-  
mis? *Magister.* Peccata confessa  
& non iterata vel quotidiana  
per hanc vnctionem relaxan-  
tur, vt dicitur. Si in peccatis est  
dimittentur ei. Si de peccatis  
pœnitentiam non egit, ista vn-  
ctio nō solum nihil ei prodest,  
sed & multum obest. *Discipulus.*  
Prodest pœnitentia in extre-  
mis? *Magister.* Qui peccata sua  
vsque ad mortem differunt,  
non ipsi peccata, sed pecca-  
ta eos deserunt, qui eos diu-  
tius seruos habere nolunt. Qui

1. Cor. 3.

De exte-  
ma vncti-  
one  
Iacobi 5.

R 4

tamēn

Pœnitentia finalis.

Luc. 21.  
Eccle. 12.  
Vnde mors dicitur, & de triplici morte.

tamen ex corde pœnitent in ipsa morte, misericordiam inuenient, sicut latro in ipso mortis exitio, vt dicitur. Quacūq; hora ingemueris, saluus eris. *Discipulus.* Vnde dicitur mors? *Magister.* Ab amaritudine vel à morsu pomi vetiti, vnde mors est orta. Sunt autem tres mortes, Immatura vt infantū. Acerba vt iuuenum. Naturalis vt senum. *Discipulus.* Cum peccata in baptismo dimittantur, & cum mors sit pœna peccati, cur permittitur post baptismum electis dominari? *Magister.* Vt possint pro Christo pati & magis coronari. Est & aliud, Si immortalitas corporū in baptismo daretur, non pro Deo sed pro hac immortalitate ad baptismum ab hominibus fe-

1. Cor. 5.

stina-



stinaretur, & sic nullus ad regnum reuerteretur. Peccatum ergo in baptismo dimisit peccanti non remisit vt iusti per fidem ambulent, per operationē se exerceant, donec mors à vita absorbeatur. *Discipulus.* Dimittuntur reprobis in baptismo peccata? *Magister.* Dimittuntur. Sed cum ipsi post in eadem peccata relabuntur, quæ dimissa erant etiam in eis reuoluuntur, vt dicitur. Omne debitum dimisi tibi. Et mox subditur. Tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum. *Discipulus.* Cur permittit eos ad baptisma vel alia Sacramenta accedere, cum sciat eos ab his deficere? *Magister.* Propter electos, vt trahat eos exemplo. *Discipulus.* Quæ

Matt. 18.

¶ 5

est bla-

De bla-  
sphemia.  
Lucæ 12

est blasphemia Spiritus quæ  
nunquã remittitur neq; in hoc  
seculo neq; in futuro? *Magister.*  
In pœnitentia & diffidentia.  
In Spiritu sancto datur remis-  
sio peccatorum. Qui igitur de  
gratia diffidit & non pœnitet,  
hic blasphemat Spiritum san-  
ctum, & hoc est irremissibile  
peccatum. *Discipulus.* Nocet bo-  
nis si occidantur, vel subita  
morte rapiantur qui semper se  
cogitauerunt mortuos? *Magister.*  
Sive ergo ferro violenter, seu  
à bestiis dilanientur, aut ñam-  
mis, aut vndis immergantur.  
ve: suspendantur, vel in rota  
frangantur, vel in quolibet a-  
lio infortunio moriantur, sem-  
per est preciosa in conspectu  
Domini mors Sanctorũ eius, vt  
dicitur. Quacũq; morte iustus  
moria-

Plal. 115

moriatur iustitia eius nō aufe-  
retur ab eo. Et talis mors non  
obest, immo multum prodest,  
quia si quid peccati contraxe-  
rint per humanā fragilitatē, re-  
laxatur per mortis acerbitatē.  
*Disc.* Quid prodest malis si diu  
decubant in lectis antequā mo-  
riantur? *Mag.* Nihil. Quacūq;  
enim morte moriantur, mala &  
subita moriūtur, & qui se nuna-  
quā cogitauerūt mortuos, ideo  
semper mors peccatorū pessima.  
*Disc.* Obest iustis si in Ce-  
miterio nō sepeliātur? *Mag.* Ni-

Psal. 35.

Eccle-

Ecclesiæ confouentur, quæ per  
 latitudine terræ diffunduntur.  
*Disc.* Confert eis aliquid quod  
 in sacris locis tumulatur? *Mag.*  
 Qui in pænis sūt, in hoc pdest  
 quod eorū corpora in sacris lo-  
 cis sepeliuntur, quod eorū præci-  
 bus adiuuātur quib⁹ per sepul-  
 turā sociantur. Et in hoc etiam  
 pdest, quod cū illorū amici ibi  
 conueniunt, p eis Domino pre-  
 ces fundūt. *Disc.* Prodest malis  
 si in sacros locos sepeliātur? *M.*  
 Immo multū obest, si eis per se-  
 pulturā iungātur à quibus lon-  
 ge per meritis disiūguntur. Vn-  
 de & multi legūtur sæpe effossi  
 & à sacris locis longius piecti.  
*Disc.* Longe faciat te Deus Ma-  
 gister bone à malis & ciuibus  
 ethereis societ te Christo  
 in astris.

Explicet Liber Secundus.

ELV.

ELUCIDARIUM  
THEOLOGICÆ  
LIBER TERTIVS:

DISCIPVLVS:

**E**ia lux Ecclesiæ arripe gla-  
dium tuæ nobilis linguæ,  
& syluam quæstionum in qua  
erro succide, vt liceat mihi er-  
rabundo per te ad campum sci-  
entiæ exire, & qualiter circa  
mortientes agatur euolue. *Ma-*  
*gister.* Sicut sponsus cum multi-  
tudine militum ad suscipiendā  
sponsam venit & eam cum can-  
tu gaudens abducit, ita cum  
istis in extremis agitur. Ange-  
lus sui iustos cum multitudine  
Angelorum venit & animam  
eius sponsam Christi de carce-

Morien-  
tium iu-  
storum  
susce-  
ptio.

RE COI-

De para-  
diso.

Qui sunt  
perfecti.

re corporis tollit, & cū maxi-  
mo dulcissimoq; melodiæ cā-  
tu, & immenso lumine ac sua-  
uissimo odore ad cœleste per-  
ducit palatium in spiritualem  
paradisum. *Disc.* Est hic paradi-  
sus locus corpore<sup>9</sup>, vel vbi est?  
*Magi.* Non est locus corporalis  
quia spiritus non habitat in lo-  
cis, sed est spiritualis beatorum  
mansio, quā æterna sapientia  
perfecit ab initio, & est in intel-  
lectuali cœlo, vbi ipsa Diuini-  
tas, qualis est facie ad faciem  
continetur. *Discipulus.* Perdu-  
cuntur illuc omnes animæ iu-  
storum. *Mag.* Perfectorum a-  
nimæ cum corpore exuuntur,  
mox illuc inducuntur. *Discipu-  
lus.* Qui sunt perfecti? *Magi-  
ster.* Quibus præcepta non  
sufficiunt, sed plus quam

præcep-

præceptum est faciūt, vt Martyres, Monachi, Virgines. Martyrium enim & virginitas sæculi abrenunçtatio, nõ sunt præcepta, sed Diuina consilia. Ideo in hoc facto regnum cœlorum quasi hereditario iure possidebunt, vt dicitur, Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Iustis autem aliquibus ideo mansiones adhuc differuntur, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem. *Discipulus.* Qui sunt iusti? *Magister.* Qui præcepta Domini implent sine quærela. Hi corporibus exuti in terrenum paradysum, vel in aliquod spirituale gaudium ab Angelis perducuntur, cum spiritus in locis corporalibus non habitare credatur. Est

---

quidam

Psal. 126.

Iustorū  
ordo.

quidam ordo iustorum, qui perfecti dicuntur, qui tamen in libro Dei omnes scribentur. Ut sunt coniugati, qui mortui pro meritis in amœnissima habitacula recipiuntur. Ex his multi ante diem iudicij præcibus Sanctorum & eleemosinis viuentium in maiorem gloriã assumuntur, vt omnes post iudicium Angelis confortentur. Sunt quidam de electis quibus deest de perfectione, qui crimina sua differunt poenitere. Hi sicut peccans filius seruo traditur ad vapulandum, ita à Sanctis Angelis dæmonibus permittuntur ad purgandum. Qui tamen non plus eis nocere poterant, quam ipsi promeruerunt, aut quam sancti Angeli permittunt. *Discipulus* Quid potest

Lucæ 12



potest esse per quod hi liberentur? *Magister.* Missæ, eleemosinæ, ordines alij pij labores his profunt, maxime si ipsi viuentes hæc pro alijs fecerunt, & quidam ex his septimo die, alij tricesimo, alij anniuertario, quidam post multum temporis liberantur. Tamen post iudicium omnes cum supra dictis coæquatur. *Discipulus.* Cur magis aguntur hi dies quam alij? *Magister.* Tria & quatuor fiunt septem. Per tria fides Trinitatis, per quatuor homo, qui constat ex quatuor elementis intelligitur. Anima præterea habet tres vires, quæ sunt rationabilitas, iracundia, concupiscentia. Et omne tempus septem diebus voluitur. Aguntur igitur septem dies, vt quic-

De septimo, tricesimo, & anniuertario.

L

quid

quid anima in tribus viribus  
suis per quatuor qualitates cor  
poris in fide Trinitatis in septē  
diebus huius temporis contra  
septiformem Spiritum (quem  
in baptismo suscepit) pecca  
uerit, relaxerur. Triginta per  
tres decem surgunt. Per tria  
noua lex, propter fidem Tri  
nitatis per decem vetus lex pro  
pter decalogum intelligitur.  
Triginta etiam diebus omnis  
mensis labitur. Agitur igitur  
Psal, 64. tricesimus. Menses sunt 12. vt  
dicitur, Benedices coronæ an  
ni benignitatis tuæ. Solis cur  
sus per annum agitur, Lunæ  
per mensem. Agitur itaque  
anniuersarius, vt quicquid per  
solem iustitiæ Christum & lu  
nam Ecclesiam, & doctrinam  
Apostolorū, qui sunt menses  
boni

boni animi delinquitur remittuntur. *Discipulus.* Quid est purgatorius ignis? *Magister.* Quibusdam est purgatio in ista vita, cruciatus corporis quos eis mali ingerunt, Aliquibus afflictiones carnis, quas sibi per ieiunia, per vigiliis & per alios labores ingerunt. Quibusdam verò chararum rerum amissio, Quibusdam dolores, velegritudo. Aliquibus victus egestas. Quibusdam ipsius mortis acerbitas. Post mortem autem purgatio, aut nimius calor ignis aut magnus rigor frigoris, aut aliud quodlibet genus poenarum. De quibus tamen minimū maius est quam maximū quod in hac vita excogitari potest. Dū ergo ibi sūt positi, apparent eis S. Angeli, vel alij

De Purgatorio,

Corpus  
quare da  
mnetur.

L 2

Sancti,

sancti, in quorum honorem aliquid in hac vita egerunt & aut auram aut suauem odorem, aut aliud solamen impendunt vsque dum liberati introibunt in illam aulam, quæ non recipit vllam maculam. *Discipulus.* Quali forma sunt ibi positi? *Magister.* In forma corporum, quæ hic gesserunt. Dicitur etiam de dæmonibus, quod corpora de aëre eis dentur, in quibus crucientur. *Discipulus.* Cum corpus sit insensibile, & per se nihil possit operari, nisi hoc quod anima per illud operatur, quasi instrumentum, qua ratione damnatur? *Magister.* Cū homines inimicum suum obsident, prius ædificia sua destruunt vel incendunt, post ipsum excruciatum interimunt

vt de

vt de amissis rebus doleat in animo, & de illatis vulneribus, in corporis exitio. Corpus est vestimentum animæ vel habitaculum, quod quia contempto Creatore dilexit destruitur, & cum eo comburitur, vt & sui & habitaculi & vestimenti incendio crucietur. Est etiam instrumentum animæ, non quale est fidicini tibia vel carpentario oscie, sed ita ei coadunatur. vt quicquid egerit anima, corpus etiam fecisse dicatur, & ideo cum ea iuste damnatur. *Discip.* Dic mihi qualiter agatur circa malorū exitū? *Magister.* Cum mali in extremis sunt dæmones, cum maximo strepitu conglobati veniunt, aspectu horribiles, gestibus terribiles, qui animam præ va-

lido torpore de corpore excu-  
 tiunt, & crudeliter ad inferni  
 claustra pertrahunt. *Discipulus.*  
 Quid est infernus, vel vbi est?  
*Magister.* Duo sunt inferni, su-  
 perior & inferior. Superior in-  
 fima pars huius mundi, quæ  
 plena est poenis. Nam hic ex-  
 undat nimius æstus, magnum  
 frigus, fames, sitis, varij do-  
 lores corporis, vt verbera ani-  
 mi, vt timor, verecundia.  
 De hoc dicitur. Educ de carce-  
 re, id est de inferno animã me-  
 am, hoc est vitam meam. Infe-  
 rior autem spiritualis locus est,  
 vbi est ignis inextinguibilis.  
 De quo dicitur. Eruisti ex in-  
 ferno animam meam inferiori.  
 Qui sub terra esse dicitur, vt  
 corpora peccatiũ inferno sepe-  
 liantur, vt dicitur. Sepultus est  
 in infer-

Psal. 112.  
 Lucæ 16.  
 Psalm. 85

in inferno. In quo nouem speciales pœnæ esse leguntur. Prima, ignis qui ita semel est accensus, vt si totum mare implueret, non extingueretur, cuius ardor sic istum materiale vincit ignem, vt igne pictum, Iste ardet & non lucet. Secunda, est intollerabile frigus, de quo dicitur. Si igneus mons immitteretur, verteretur in glaciem. De his duabus dicitur. Fletus & stridor dentium, quia fumus de igne excitat fletum oculorum, frigus dentium stridorem. Tertia, vermes immortales, id est serpentes & dracones, visu & sibilo horribiles, qui, vt pisces in aqua, ita viuunt in flamma. Quarta, est foetor intollerabilis. Quinta, flagra cædentium, vt

Secunda

Tertia.

Quarta.

Quinta.

L 4

mallei

Sexta.

mallei ferrum percutiunt. Sexta, tenebræ palpabiles, vt dicitur Iob 10. c. Terra tenebrofa, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Septima.

Septima, confusio peccatorum, quæ omnia ibi omnibus patent, & se abscondere non valent.

Oftaua.

Oftaua, horribilis visio dæmonum & draconum, quos igne scintillantes vident, & mirabilis clamor uentium & insultantium.

Nona.

Nona, sunt ignea vincula, quibus singulis membris constringuntur.

Pœnarū ratio.

*Discipulus* Quare tot miseras patiuntur? *Magister.* Quia consortium nouem ordinum Angelorum neglexerunt, iuste nouem tormentis adici merebuntur, & quia hic concupiscentia exarserunt, iuste ibi igne ardebunt. Quia ve-

ro fri-



ro frigore maliciæ hic riguerunt, frigore ibi pœnali stridebunt. Dicuntur namq; candere igne exterius vt glacies in hyeme. Vnde dicitur, Trans-

eunt ab aquis niuium ad calorem niuium. Et quia inuidia & odium hic eos vt vermes corroserunt, merito eos vermes mordebunt. Quia autem hic fetore luxuriæ dulciter delectantur, iustè ibi fetore atrociter cruciantur, & quia hic disciplinam accipere noluerunt, & cum hominibus flagellari non meruerunt. Ideo sine cessatione loris tunduntur, Vnde dicitur, Sunt parata iudicia, blasphematoribus & percutientes mallei stultorum corporibus. Qui tenebras vitiorum hic amauerunt, & ad lucem

Iob 14.

Prou. 19.

L 5

Chri-

Psal. 48

Christi venire noluerunt, ideo  
 horridis tenebris ibi obscurra-  
 buntur, vt dicitur. In æternū  
 non videbunt lumen. Et quia  
 hic peccata confiteri despexe-  
 runt, quia hic bona videre &  
 audire dignabantur, iuste ibi  
 terribili visu, & miserabili au-  
 dita replebuntur. Et quia hic  
 per singula vitia erant diffu-  
 xi, iuste ibi erunt per singula  
 membra cathenis constricti.  
 Optabunt mori, & fugiet mors  
 ab eis. *Discipulus.* Qualiter sunt  
 ibi positi? *Magister.* Capita sunt  
 eis deorsum inclinata, dorsa ad  
 inuicem versa, pedes sursum  
 erecti, & vndiq; in pœnas di-  
 stensi. *Discipulus.* Heu quid  
 homo vnquam natus est, qui  
 tali plectatur supplicio. *Magi-  
 ster.* Quid fles? quid lachry-  
 mis

Iob 3.  
Apoc. 9

mis fluis? Dyabolus tantum  
 & sua membra patientur. *Di-*  
*scipulus.* Qui sunt membra eius?  
*Magister.* Superbi & inuidi,  
 fraudulentī, infidi, gulosi, e-  
 brioti, luxuriosi, homicidæ,  
 crudeles, fures, prædones, im-  
 mundi, auari, adulteri, forni-  
 catores, mendaces, blasphem-  
 i, malefici, detractores, di-  
 scordes. Qui in his fuerint in-  
 uenti, ibunt in prædicta sup-  
 plicia, nunquam reddituri.  
*Disc.* Heu, videbunt eos iusti?  
*Mag.* Iusti videbunt eos in pœ-  
 na, vt magis gaudeant quod hæc  
 euaserint. Mali etiã ante iudici-  
 um videbunt bonos in gloria,  
 vt magis doleant quod hanc ne-  
 glexerunt. Post iudiciũ autẽ bo-  
 ni quidẽ sepe videbunt malos  
 in pœnis. Mali autẽ nunquam

Membra  
 dyaboli.

Visio bo-  
 norũ &  
 malorũ  
 post iudi-  
 cium.

amptj-

amplius videbunt bonos. *Discipulus.* Non dolent iusti cum eos viderint torqueri? *Magister.* Non, licet pater videat filium, aut filius patrem, aut mater filiam, aut filia matrem ibi conspiciat, aut vir uxorem, vel vxor maritum, non solum non dolet, sed ita est eis delectabile hoc videre, sicut nobis cum viderimus pisces in gurgite ludere. Vnde dicitur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam peccatorum. *Discipulus.* Non orant pro eis? *Magister.* Contra Deum sentirent si pro damnatis orarent. Ita enim Deo vniti sūt quod eis iudicia Dei per omnia placebunt. Ideoq; in eis gaudebūt. *Discipulus.* In quo inferno erant iusti ante aduentum Christi? *Magister.*

In su

psal. 57.

In superiori in loco quodam;  
 iuncto inferiori, in quo pote-  
 rant alterutrum conspiciere.  
 Qui erat ibi quasi careret sup-  
 plicio. Videbatur tamen eis se  
 esse in inferno, cum essent sepa-  
 rati à regno, illis autem qui e-  
 rant in inferiori videbatur re-  
 frigerium paradisi. Vnde &  
 diues rogabat à Lazaro guttā  
 super se stilari. *Discipulus.* Quā  
 poenam habebunt ibi? *Magister.*  
 Quidam tenebras tantum vt di-  
 citur. Habitantibus in regione  
 vmbrae mortis, lux orta est eis.  
 Quidam ex eis erant in quibus-  
 libet poenis. Venit ergo Do-  
 minus ad infernum superiorem  
 nascendo, vt liberaret oppres-  
 sos à dyabolo. Descendit ad  
 inferiorem moriendo, vt redi-  
 meret captiuos à tyranno, vt  
 dicitur.

Lymbus  
 patrum.

Lucæ 25

dicitur. Dices his qui victi sunt  
 exite, & his qui in tenebris re-  
 uelamini. Vinctos vocat qui  
 erant in pœnis, alios vocat in  
 tenebris, quos omnes absoluit  
 & ingloriã duxit Rex gloriæ.  
*Disc.* Cognoscent se ibi? *Mag.*  
 Animæ iustorum omnes iu-  
 stos cognoscent, & nomine &  
 genere, & merita eorum quasi  
 semper cum eis fuissent. Ma-  
 los etiam omnes in tantum co-  
 gnoscent vt propter quod me-  
 ritum vnusquisq; ibi sint sci-  
 ant. Mali quoq; malos cogno-  
 scent, & bonos quos vident, in  
 tantum vt etiam nomina eorũ  
 sciant, vt diues Abraë & La-  
 zari. *Disc.* Orant animæ p̄ cha-  
 ris suis? *Mag.* Iusti orant pro  
 his quos in Domino amaue-  
 runt, vel pro his qui eos inuo-  
 cabunt

Esai. 49.

cabunt vt à malo seruentur, &  
à mundi tentamentis liberentur,  
& si in errore sunt, vt cor-  
rigantur, & eis celerius associen-  
tur. *Discipulus.* Qualiter orāt  
Deum? *Magister.* Desiderium  
eorum est oratio illorū. Quic-  
quid enim desiderant, sine di-  
lacione percipient. Illorum e-  
ciam oratio est cruciatus cor-  
poris, vel benegesta pro Chri-  
sto, Deo representare. Non ta-  
men aliquid orant, nisi quod  
Deus facere disposuit alioquin  
in cassum orarent. *Discipulus.*  
Habent plenum gaudium?  
*Magister.* Nequaquam, Sicut  
enim ad conuiuium vocati ve-  
nientes de sua susceptione sunt  
læti, & de absentibus amicis  
foliciti, cum autē simul vene-  
riant amplius gaudebūt. Ita anime

Lucæ 15

-SUP

-IUSTO-

Ioan. 14.  
De animarū se-  
paratū  
scientia.

iustorum de sua quidem gloria lætantur, & de absentia nostra sollicitantur. Cum autem corpora receperint, & omnes in vnum conuenerint, tunc gaudium habebunt plenum. *Discipulus* Quæ est domus Patris & multæ mansiones? *Magister.* Domus Dei est visio Dei omnipotentis, in qua iusti in Domino gloriantur. Mansiones sunt diuersæ pro meritis remunerationes. *Discipulus.* Sciunt animæ quæ hic geruntur? *Magister.* Iustorum animæ sciunt omnia, quæ geruntur, qui autem in pœnis sunt nesciunt, nisi quod eis Angeli vel Sancti referunt, Quæ verò in inferno sunt, nō plus norunt quid hic agitur quam viui sciunt quid ibi agatur. Vt tamen olim Prophetæ  
quæ-



quædam sciuerunt, quæ alij  
 ignorauerunt, non tamen om-  
 nia, ita quædam animæ inter  
 malos, quædam sciunt quæ  
 alij nesciunt, quamuis non om-  
 nia, quæ eis diuinitus reuelan-  
 tur vel eis à morientibus & il-  
 luc venientibus nunciantur,  
*Discip.* Possunt apparere quan-  
 do volunt, vel quibus volunt?  
*Magister.* Animæ Sanctorū ap-  
 parent quando volunt, & qui-  
 bus volunt, siue vigilantibus  
 siue dormientibus. Quæ autē  
 in pœnis sunt non apparent,  
 nisi ab Angelis permittantur  
 vt pro liberatione sua rogent,  
 aut libertate gaudiū suum ami-  
 cis suis nuncient, Quæ autē in  
 inferno sunt nulli apparere  
 possunt. Si autem aliquando  
 videntur apparere siue in so-

De ani-  
 marū se-  
 paratarū  
 appariti-  
 one.

M

mnis

mnis siue vigilantibus, non ipsæ  
 sed dæmones creduntur in illa-  
 rum specie, qui etiam se in An-  
 gelos lucis transfigurant, vt  
 decipiant. Si autem veraciter  
 contingunt pro alicuius Sancti  
 merito fit, vt sancto Martino  
 anima latronis apparuit, Aut  
 pro admonitione, vt anima Be-  
 nedicti Papæ in montro appa-  
 ruit, cuius & cauda a sinus me-  
 dietas vrsus fuit, qui se die no-  
 ctuq; per aspera & ignea trahi  
 & post iudiciū deglutiendam  
 asseruit ore gehennali. *Disc.* In  
 qua forma apparent? *Mag.* In  
 humana corpore assumpto de  
 aëre. *Disc.* Vnde veniūt somnia?  
*Mag.* Aliquando à Deo, quum  
 aliquid futuri reuelatur, sicut  
 Ioseph per stellas & manipu-  
 los, quod fratribus suis præfe-

Gene. 37.

reitur.

retur. Aut aliquid necessariū  
 admonetur, vt alius Ioseph qd  
 fugeret in Ægyptiū. Aliquādo  
 à dyabolo cū aliquid turpe vi-  
 detur, aut bonū impediē niti-  
 tur, vt in passione Domini de  
 vxore Pilati legitur. Aliquan-  
 do ab ipso homine, cū quid vi-  
 derit, vel audierit, vel cogitaue-  
 rit, hoc in somnis imaginatur,  
 & in timore positus in tristitia,  
 per læta ludificatur. *Disc.* Bene-  
 dictū Dei verbū, quod tot se-  
 creta mihi referat per os tuum

Matt. 2.

Matt. 27.

*Explicit liber Tertius.*

Hic aliqui librum Tertium partiuntur, &  
 ex his quæ sequuntur faciunt quartū, vbi  
 ponuntur multa de Antichristo & pœnis  
 inferni. & resurrectione mortuorum,  
 & de extremo iudicio.

ELVCIDARIII  
THEOLOGIÆ  
LIBER QVARTVS.

**N**unc si rogare auderem  
de Antichristo libenter  
audirem. *Magister.* Antichri-  
stus in magna Babylonia de  
meretrice generis Dan nasce-  
tur, in matris utero dyabolo  
replebitur, in Corozaim à ma-  
lificis nutritur, in vniuerso  
orbe imperabit, totum genus  
hominum sibi quatuor modis  
subiugabit. Vno modo nobi-  
les sibi assciscet per diuitias  
quæ sibi maxime affluent, quia  
omnis abscondita pecunia erit  
ei manifestata. Secundo modo  
vulgus sibi terrore subdit, quia

maxi-

maxima seuitia Iudæi cultores  
sui erunt. Tertio modo sapi-  
entia, & incredibili eloquen-  
tia Clerum obtinebit, quia o-  
mnes artes memoriter sciet &  
omnem scripturam. Quarto  
modo mundi contemptores  
( vt sunt Monachi ) signis &  
prodigiis faller. Faciet enim  
stupenda miracula, vt iubeat  
ignem de cœlo descendere, &  
aduersarios suos coram se con-  
stituere, & mortuos resurgere,  
& sibi testimonium dare. *Di-*  
*scipulus.* Suscitabit mortuos ve-  
re? *Magister.* Nequaquam, sed  
dyabolus eius maleficio cor-  
pus alicuius damnati intrabit,  
& per illud loquetur, vt quasi  
vium videatur, vt dicitur. In  
omnibus signis & prodigiis  
mendacibus, Hic est homo pec-

2. Thef. 2

cati filius perditionis, quo aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut colitur, ita quod in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus, hic antiquam Hierusalē reedificabit, hunc Iudæi ex toto orbe venientes, summo voto suscipient, sed per prædicationem Helye & Enoch ad Dominum conuertentur, & penè omnes dirum martyrium subibunt. *Discipulus.* Quali ætate illi duo venient? *Magister.* In ea qua assumptisunt. Qui etiam ab Antichristo qui vocatur contrarius interficientur. Hic monarchiā per tres annos & dimidium obtinebit, & deinde tentorium suum ad expugnandos iustos in monte oliueti extendet, in quo inuenietur

subito

subito mortuus spiritu oris Do-  
mini, id est iussu Dei interfe-  
ctus, vt dicitur Iob 40. capi.  
Præcipitabit Dominus inclytū  
vniuersæ terre in mōte sancto.  
*Disc.* Cum dictum sit, dies illi  
breuiabuntur propter electos,  
erunt tūc breuiiores dies quā  
nunc? *Magister.* Dies tam lon-  
gi erunt sicut nunc vt dicitur,  
Ordinatione tua perseuerant  
dies. Dies dicuntur breuiari,  
quia breue tempus, quia tres  
& semis annis regnabit. Porro  
corpora hominū creduntur mi-  
nora fore, sicut nostra etiā mi-  
nora quam antiquorum. *Disci-  
pulus.* Quid postea erit? *Magist.*  
Relinquētur quadraginta dies  
his qui terrore vel fallacia la-  
psi sunt, vt poenitere possint.  
Post hoc qua die iudicium.

Matt. 12  
Psal. 118

M 4

fiat,

fiat, omnis homo ignorat. *Discipulus.* Quæ est resurrectio prima? *Magister.* Sicut sunt duæ mortes, ita sunt duæ resurrectiones. Vna animarum, altera corporum. Cum homo peccat, anima moritur, quia à Deo deseritur, & in corpore quasi in sepulchro sepelitur. Cum vero per poenitentiam ad vitam Deum redit, quasi à morte resurgit. Alia erit corporum. *Discipulus.* Qua die? *Magister.* In die Paschæ, ea hora qua Christus resurrexit. *Discipulus.* Erit aliquis tunc in mundo? *Magister.* Ita plenus erit hominibus, vt est hodie, qui ita erunt operantes vt hodie quidam arant, quidam nauigant, quidam ædificant, quidam aliud atque aliud faciunt. *Discipulus.* Quid  
de il-



de illis fiet? *Magister.* Iusti cū  
resurgent mox ab Angelis in  
aëre obuiam Christo rapiētur,  
& in ipso & morientur & vi-  
uificabuntur. Hoc præcessit  
in Maria & Ioseph, qui cum  
corpore raptus, & in ipso ra-  
ptu creditur mortuus & reui-  
uisens. Reprobi autem de ipso  
timore morientur, & confe-  
stim reuiuiscunt & hoc est iu-  
dicare viuos & mortuos. *Di-  
scipulus.* Resurgent qui in vteris  
matrum sunt mortui? *Magister.*  
Quotquot vitalem spiritū ac-  
ceperunt resurgent. *Discipulus.*  
Qua ætate vel qua mensura?  
*Magister.* Qua erant cum essent  
triginta annorum vel futuri e-  
rant si ante mortui sunt. *Disci-  
pulus.* Aliquando deuorat lu-  
pus hominem, & caro hominis

vertitur in carnem suam, lupū vero versus, versus leo, quomodo resurget ex his homo? *Magister.* Quod fuit caro hominis, resurget, quod bestiarum remanet. Scit enim bene fecerere, qui sciuit ex nihilo cūcta condere. Siue ergo membratim à bestiis, siue à piscibus deorentur, omnes in resurrectione reformabuntur, in tantū quod capillus de eis non pereat. *Discipulus.* Si capilli & ungues pie sciti in locum suum redeunt nō deformes erunt? *Magister.* Non est intelligendum quod sint redeundi in priorem locum. Sed sicut figulus si vas nouiter fictum frangat & de eodem luto aliud faciat non attendens quod prius ansa vel fundus fuerit. Ita Deus de eadem materia

Lue. 21.

ria aliud corpus huic valde  
dissimile reformabit, cui omnis  
deformitas aberit, & omnis in-  
tegritas & decor aderit, quam-  
uis vnumquodq; membrum,  
Deus in suum locum recenter  
restaurare possit. *Discip.* Qui  
hic habuerit bina capita, vel  
plura membra, vel quibus de-  
fuerint aliqua, aut pingues, aut  
macres fuerint, resurgent tales?  
*Magister.* Qui hic duo capite  
habuerunt, duo & corpora re-  
surgent, & vnaquæque anima  
habebit corpus suum, cui ni-  
hil indecens & detorme adhe-  
reat vt omnia membra sana &  
integra omni pulchritudine  
plena habeat. *Discipulus.* Quid  
sentis de abortiuis? *Magi-  
ster.* In quantum est semen  
patris

De cor-  
poribus  
resurgen-  
tium.

Qua ho-  
ra fiet iu-  
dicium,

Exod. 12.

patris resurget in patre, in qua-  
tum sanguis matris, resurget  
in matre. *Discipulus.* Qualia cor-  
pora habebunt? *Magister.* Im-  
mortalia & incorruptibilia, &  
vt splendidum vitrum perlu-  
cida. Reprobi quoq; simul &  
immortalia quamuis sint iugi-  
ter in morte dolentia & incor-  
ruptibilia, in hoc quod cum o-  
mnibus poenis afficiantur non  
consumantur. *Discipulus.* Qua  
hora fiet iudicium? *Magister.*  
Media nocte, qua hora Ange-  
lus Ægyptum vastauit, ea ho-  
ra electos suos de hoc mundo  
liberabit. *Discipulus.* Qualiter  
veniet Dominus ad iudicium?  
*Magister.* Sicut Imperatori in-  
gressuro ciuitatem corona &  
alia insignia præferuntur, per  
quæ aduentus eius dinoscitur.

Ita

Ita Christus in ea forma qua ascendit cum omnibus ordinibus Angelorum ad iudicium veniens, Angeli crucem ferentes præibunt, mortuos in occursum eius excitantes, omnia elementa turbabuntur tempestate ignis & frigoris mixtum; vndiq; furente, vndedicatur, Ignis ante ipsum præcedet. Et alibi, Pugnabit orbis pro eo contra insensatos. *Discipulus.* Erit iudicium in valle Iosephat? *Magister.* Vallis Iosephat dicitur vallis iudicij. Vallis semper est iuxta montem. Vallis est hic mundus. Mons est hoc coelum. In valle ergo fiet iudicium, id est in hoc mundo, scilicet in aëre, vbi iusti ad dexteram vt oues statuentur, impij autem ad sinistram vt hædi ponentur.

Psal. 96.

Sap'en. 5

Matt. 25.

Esaia 40

penentur. *Discipulus*. Quomodo ad dexteram vel ad sinistram? *Magister*. Ad dexteram solis sursum in gloria, ad sinistram deorsum in terra. Iusti autem geminis alis charitatis ad alta subleuentur, vt dicitur, Sancti sument pennas vt aquilæ, impij autem peccatis vt plumbum ad terrena, quibus toto corde inheserant deorsum deprimentur. *Discipulus*. Quali forma appetebit tibi Dominus? *Magister*. Electis in ea forma qua in morte apparuit. Reprobis vero in ea forma qua in cruce pependit. *Discipulus*. Erit illi crux scilicet lignum in quo Dominus est passus? *Magister*. Nequaquam, sed lux in modum crucis splendidior sole. *Discipulus*. Quare faciet filius iudicium?

*Magi-*

*Magister.* Filius est similitudo Dei, Angelus autem & homo quod Dei est vsurpauerunt iustum igitur est, vt cui facta est iniuria, iudicium faciat pro vindicta, quamuis Pater & Spiritus sanctus ei cooperentur?

*Discipulus.* Est ibi sedes in qua sedeat, vt dicitur, Sedebit super sedem Maiestatis tuæ?

*Magister.* Christus nunc dicitur stare, & pro sponsa sua pugnare. Tunc deuictis hostibus, & sponsa ad se recepta, in Maiestate sedebit, hoc est humanitas in diuinitate requiescet. Super sedē suā etiam sedebit, quia ab omni labore in Ecclesia cessabit. *Disc.* Habebunt Apostoli sedes. vt dicitur, sedebitis super sedes duodecim. *Mag.* Conscientiæ ipsorū sunt sedes eorū.

Matt. 19

in qui-

Psal. 121.

Ordines  
quatuor  
hominū  
in iudi-  
cio.

in quibus deuicto mundo & vicijs, quasi in sede triumphantes quiescunt. Sed etiam ipsi super sedes de aëre sedent, vt dicitur. Sedebunt sedes in iudicio. *Discipulus.* Qualiter fiet iudicium? *Magister.* Nunc sunt boni & mali mixti, & multi videntur boni qui sunt mali, & multi putantur mali qui sunt boni. Tunc ab Angelis boni à malis, vt grana à paleis fecerentur, & in quatuor ordines diidentur. Vnus ordo est perfectorum, cum Deo iudicantium. Alter iustorum qui per iudicium saluantur. Tertius impiorum sine iudicio pereuntium. Quartus malorum, qui per iudicium damnantur. *Discipulus.* Qui sunt qui iudicant? *Magister.* Apostoli, Martyres,

Mona.



Monachi, Virgines. *Discipulus.*  
 Quomodo iudicabunt iustos?  
*Magister.* Monstrabunt eis suā  
 doctrinam & sua exempla fu-  
 isse imitatos, & omni regno  
 dignos. *Discipulus.* Qui sunt iu-  
 sti? *Magister.* Qui opera mise-  
 ricordiae in legitimo coniugio  
 exercuerūt, vel qui peccata sua  
 poenitentia & elemosinis re-  
 dimerunt. His dicetur, Veni-  
 te benedicti Patris mei. &c.  
*Discipulus.* Dicitur hoc sono  
 verborum? *Magister.* Cū Chri-  
 stus homo ibi apparuerat, &  
 ipsi in corporibus assistant, po-  
 test esse quod haec verba sona-  
 lia fiant, tamen cum ibi sit ma-  
 nifestum per quod meritum  
 quisq; saluetur vel damnetur,  
 magis nobis per haec verba in-  
 nuitor per quae merita saluen-

Matt. 25

N

tur.

Sine iudicio peribunt.  
 Roma. 2  
 Ioan. 19.

tur. *Discipulus.* Quomodo iudicantur? *Magister.* Cœlesti palatio qui hæc fecere digni consentur. *Discipulus.* Qui sunt qui sine iudicio peribunt? *Magister.* Qui sine lege peccauerunt, pagani scilicet & illi Iudæi qui fuerunt post passionem Christi. Nam post suam passionem legis observatio reputatur idolatria, id est supersticio. *Discipulus.* Videbunt ipsi Christum? *Magister.* Videbunt, sed ad sui perditionem, itidem videbunt in quem transfixerunt. Omnes namque impij in necem Domini consenserunt. *Discipulus.* Qui iudicantur & pereunt? *Magister.* Iudæi qui ante aduentum Christi sub lege peccauerunt, & mali Christiani qui malis operibus Deum negauerunt.

His

His dicetur. *Discedite à me maligni & c.* Quibus verbis nobis innuitur quare damnentur, quia crimina sua eleemosinis contempserunt redimere. Et debes notare, quod non dicit. *Venite benedico vos, sed quia benedicti estis venite, & quia estis maledicti discedite.* *Discipulus.* Quis benedixit istos, qui maledixit illos? *Magister.* Spiritus sanctus per ora amicorum & inimicorum. Electos benedixit, ut dicitur, *Benedicti vos à Domino.* Et iterum, *Benedictio Domini super vos.* Reperi vero per omnia maledicuntur, ut dicitur, *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* *Disc.* Quomodo iudicabunt eos Sancti? *Mag.* Suis meritis ostendent eos nec facta sua, nec dicta sua secutos,

Matt. 23.

Psal. 113.

Psal. 128.

Psal. 118.

Psal. 2.

N 2

ideo

Furor  
vel ira  
Dei.

ideo supplicio dignos. Hos in ira sua conturbabit Dominus, & deuorabit eos ignis. *Discipulus.* Habet Dominus furorem ac iram? *Magister.* In Deo non sunt tales motus, qui vt dicitur, Omnia cum tranquillitate iudicat, sed cum in reos sententia iustæ damnationis proferretur, eis irasci qui hæc patiuntur, videtur. *Discipulus.* Habebunt Sancti defensores aut mali accusatores? *Magister.* Conscientias suas. Ita namq; omnes à fulgore crucis illustrabuntur, vt sicut nunc sol ab omnibus in propatulo videantur. *Discipulus.* Quid est quod dicit, libri aperti sunt, & liber vitæ, & iudicati sunt mortui de his quæ erant scripta in libris? *Magister.* Libri sunt prophetæ, sūt

Apo-

Apostoli, sunt alij perfecti. Qui libri tūc erunt aperti, quia doctrina & exempla eorum omnibus patebunt. In quibus omnes quasi in libris videbunt quid facere vel quid vitare debuerunt. Liber vero vitæ, vitæ est Iesus, in qua omnes quasi in libro legunt, quid de præceptis eius vel facere vel neglexere. Liber vitæ etiam est vis Diuina, in qua omnes conscientias suas quasi scripturas studebunt. *Discip.* Quid sequitur? *Mag.* Peracto iudicio dyabolus cum toto corpore suo, scilicet omnibus impiis in carcerem, id est in stagnum ignis & sulphuris præcibitabitur. Christus cum sponsa sua, id est omnibus electis, cum triumphali gloria in ciuitatem Patris sui, id est,

Apoç. 20

Quid  
post iudicium.

N 3

ad cœ-

Lucæ 12

ad cœlestem Hierusalem reuertetur. *Discipulus*. Quid est, transiens ministrabit illis & *Magister*. Hoc est, remota forma seruitutalem qualis est seclētis ostendet, vt dicitur. Manifestabo me ipsum. *Disc.* Quid est tradet regnum Deo & Patri, & Deus erit omnia in omnibus? *Magist.* Idem Christi humanitas, & tota Ecclesia in Diuinitate regnabunt. & Deus erit gaudium omnium, & gaudium singulorū. Singuli namq; singulare gaudium habebūt, & omnes simul de visione Dei gaudebunt. *Discipulus*. Quid postea de mundo erit? *Mag.* Conflagrabit. Sicut aqua olim mundo præualuit, & super omnes montes, quindecim cubitis præualēs altius ardebūt. *Disc.* Interibit penitus

Ioan. 14.  
1. Cor. 15.

nitus mundus? *Mag.* Rerum  
 mutabilitas, & poenæ peccati,  
 scilicet frigus, æstus, grandi-  
 nes, turbines, fulgura, tonitrua  
 & aliæ incommoditates peni-  
 tus interibunt. Elementa vero  
 purgata permanebunt. Sicut  
 enim præsens figura corporū  
 nostrorum transibit, & longe  
 aliam huic incomparabilem  
 habebit, ita præsens mundi fi-  
 gura penitus interibit, & lon-  
 ge alia incomparabilis gloriæ  
 forma erit, vt dicitur. Faciet  
 Dominus cœlum nouū, & ter-  
 ram nouā. Deniq; cœlum, sol,  
 luna, stellæ, aquæ, quæ nunc  
 festinant cursu quasi cupientes  
 in meliorem statum immutari,  
 tunc fixa stabiliter manebunt.  
 & quieta in mirabili glorifica-  
 tion: immutata. Nam cœlum

Esa. 65.

Esaie 50.

N 4

glori-

gloriam solis induet, sol septu-  
pliciter plus quā nunc lucebit,  
vt dicit. Sol habebit lumen se-  
ptem dierum luna & stellæ ve-  
stiantur ineffabili splendore.  
Aqua quæ per Christi corpus  
contigere meruit, & Sanctos in  
baptismate lauit, omnem deco-  
rem crysalli transcendet. Ter-  
ra quæ in græmio suo fouit Do-  
minicum corpus, tota erit pa-  
radisus, & quæ Sanctorū tan-  
guine est irrigata, odoriferis  
floribus, liliis, rosis, violis im-  
marcescibiliter erit perpetuo  
decorata. Hæc immutatio dex-  
teræ excelsi, quia terra quæ e-  
rat maledicta spinisq; addicta,  
tunc in perpetuum erit a Domi-  
no benedicta, & labor & dolor  
non erit vltra. *Disc.* Replesti me  
bonis domus Domini, nunc dic  
qualia

Psal. 76.  
Gen. 3.



qualia corpora habebunt Sancti. *Mag.* Septies quā sol splendidiora & præ animo agilia. *Discip.* In qua ætate vel in qua mensura erunt. *Mag.* Omnes in illa ætate & in illa mensura resurgent & ibi apparebunt quā contigit eos hinc migrare. *Disc.* Erunt vestiti vel nudi? *Mag.* Nudi erunt, sed omni decore fulgebunt, & non plus de vllis membris quam nunc de gratiosiss oculis erubescant. Salus autem & læticia erunt illorū vestimenta. Nā Dominus induet corpora illorum vestimento salutis, & animas eorū indumeto læticiæ. Et sicut hic diuersa genera florum, ita diuersa genera colorum creduntur in corporibus Sanctorum, vt alium colorem Martyres, alium Virgines,

Psal. 64.  
De corporibus  
Sanctorum.

N 5

& hæc

Sanctorū  
operatio  
Psal. 83.

& hæc pro vestimentis reputabuntur. *Disc.* Possunt licenter facere quod volunt? *Mag.* Nihil nisi bonū volunt, ideo quicquid volunt libere agunt, & ubicunq; esse volunt sine mora ibi sunt. *Disc.* Quid operatur? *Mag.* Vacant & videbunt Deum, & in sæcula sæculorū laudabunt eum. *Disc.* Quæ est laudatio eorum? *Mag.* Deum Sanctos laudare est tantum de visione gaudere. *Disc.* Recordantur malorum quæ in corpore patiebantur. *Magister.* Omnium recordantur. *Discipulus.* Non habet inde dolorem? *Magister.* Immo magis gaudebunt quod omnia deuicerunt, sicut aliquis qui olim periculum belli euasit, & hoc post gaudens amicis narravit. *Discipulus.* Dic

Esaiæ 4.

mihi

mihi illorū gaudia. *Mag.* Gaudia Sanctorum erunt quæ oculus non vidit & c. *Discip.* Quæ sunt hæc? *Mag.* Vita æterna, beatitudo sempiterna, omnium bonorum sufficientia sine omni indigentia. *Disc.* Hoc planius edicito. *Mag.* Septem speciales glorias habebunt corporis, & septem animæ. In corpore quidem pulchritudinem, velocitatem, fortitudinem, libertatē, voluptatem, sanitatem, immortalitatem. In anima autem sapientiā, amicitia, concordia potestatem, honorem, securitatē gaudiū. *Disc.* Hæc rogo te aliquibus modis exprimere. *Mag.* Placeret ne tibi ut ita pulcher esses ut Absalon, in cuius corpore non erat macula, & cuius coma multo precio ponderabatur preciosa.

Anselm.

Boetius.  
Dona  
corporis  
glorifica  
ti.

1 Re. 14.

*Disc.*

*Disc.* O gloria. *Mag.* Quid si cū hoc decore esses tā velox quā Aſael, qui cursu superauit equos & canes *Disc.* O gratia.

2. Reg. 2.  
Iudit 15.

*Mag.* Quid si cum his duobus ita fortis esses vt Samson, qui mille armatos viros prostrauit vna mandibula. *Disc.* O ingens decus

*Mag.* Quid si cū his tribus esses tantum liber quā Augustus, cui totus seruiuit mundus. *Disc.* O claritudo.

*M.* Quid si cum his quatuor ita voluptate estuares. vt Salomon, qui nūquā cordi suo denegabat quod desiderabat. *Disc.* O dulcedo.

Luc. 2.

*Mag.* Quid si cū his quinque ita sanus fieres vt Moyses cui nūquam motus est Deus, nec caligauit oculus. *Disc.* O suauitas

Deut. 3.

*Mag.* Quid si cum omnibus his habitis deberes fieri ita longe-

uus

uis vt Mathusalem, qui penè  
 ad mille annos vixit. *Disc.* Ma-  
 gnificētia mihi videretur si cu-  
 opto ex his eligendi daretur, v-  
 numquodq; p̄pregno iure eli-  
 geret. Si quis autem his omni-  
 bus polleret, merito tōto mun-  
 do præferendus esset. *Mag.* O-  
 portet vt interim sileas, vsque  
 dū præstantiora audias. Quid  
 si cum omnibus superioribus  
 ita sapiēs esses vt Salomon, cui  
 omnia erant manifesta. *Discip.*  
 O Deus *Ma.* Quid si super hæc  
 omnia omnes homines essent ti-  
 bi amici, vt David Ionathe,  
 quem dilexit vt animam suam.  
*Disc.* O beatitudo. *Mag.* Quid  
 si insuper omnes essent tibi ita  
 concordēs vt Lelius Scipioni,  
 de quibus neuter nisi quod al-  
 ter voluit. *Disc.* O ineffabilitas.

Gen. 3.

1. Reg. 8.

*Mag.*

*Mag.* Quid si ad hæc omnia ita potens esses vt magnus Alexāder, qui Asiam, Africā, Europam sibi potenter subiugauit. *Disc.* O sublimitas. *Mag.* Quid si insuper ab omnibus adorareris vt Ioseph ab Ægyptiis, quæ adorauerunt vt Deum. *Discip.* O celsitudo. *Magister.* Quid si omnibus ita securus esses vt Helias & Enoch? *Discipulus.* O magnitudo. *Magister.* Quid si in omnibus his habitis tale gaudium haberes, quale is habet, qui cum ad ecclium ducitur, ad regnum capitur. *Discipulus.* O maiestas. *Magister.* Quid si amicū haberes quæ vt teipsum diligeres, & hic similiter vt tu, his omnibus abundaret, nonne duplex gaudium haberes? *Discipulus.* O inenarrabilitas. Mihi

vide-

videtur, quod si quis quædam  
 ex his non omnia haberet, di-  
 gnior toto mundo esset. Si  
 quis autem his omnibus esset  
 plenus, videretur iure Deus.  
*Magister.* Recte sentis, his om-  
 nibus longe excellentius exu-  
 berant. Absalon namque for-  
 mositas ibi esset deformitas.  
 Porro illorum deformitas, erit  
 vt solis claritas, vt dicitur,  
 Fulgebunt iusti sicut sol, quia  
 tunc septuplo plus quam nunc  
 fulgescent. Et eis promittitur.  
 Reformabit corpus humilitatis  
 nostræ, configuratum corpori  
 claritatis suæ. Nemo dubitat  
 quin corpus Christi clarius sit  
 quā sol, vt puta cop<sup>9</sup> Creatoris  
 quā creaturæ. Hōines autē tē-  
 pla Dei dicuntur, quod sol nō di-  
 citur. Si igitur corpora Sāctorū

---

corpo-

Formosi-  
 tas cor-  
 poris.

Matt. 13  
 Philip. 3

2. Cor. 6

Corpori Christi qui splendidior quam sol est configurantur, & Deus in eis vt in templis habitat, necesse est vt magis perspicua sint templa Dei quã sol gloriæ habeat. Ecce qualis pulchritudo Sanctorum. Asael agilitas esset ibi pigra tarditas. Sane ipsi ita veloces sunt, vt quam cito oriens sol occidentem suo radio tangit, tam cito ab oriente in occidentem venire possint, & qui cito oculus se eleuans ad cœlum visum dirigit, tam cito de cœlo ad terram, de terra ad cœlos relabi poterunt. Hoc etenim Angeli facere possunt, quibus ipsi eoëquales erunt vt dicitur. Erunt æquales Angelis Dei. Ecce qualis illorum velocitas. Samson valitudo esset ibi inualitudo.

Agilitas  
corporis

Luce 20

Nempe



Nempe illorum talis erit valentia, vt si montes & omnem molem terræ pede vertere vellēt, valenter possent. Hoc enim nemo dubitat Angelos posse, quibus ipsi æquales erunt. Ecce qualis iustorū fortitudo. Augusti libertas ibi esset captiuitas, qui potuit capi, ligari. Illorum vero talis est libertas, vt omnia obstantia penetrare valeant, & nulla creatura eos retinere queat, sicut sepulchrum Domini corpus non potuit retinere, quin inde resurgeret & ianuis clausis intraret, cui ipsi configurabuntur. Ecce qualis illorum libertas. Salomonis deliciae essent eis miseriae. O qualis illorum est voluptas, quibus ipse Deus fons omnium bonorum est insatiabilis facieras.

Libertas

Volu-  
ptas.

O

Duæ

Beatitu-  
do dūx.

Duæ sunt beatitudines. Vna minor paradisi. Altera maior coelestis regni, quarū quia neutrā experti sumus, de eis cōparationē dare nō possumus. Et duæ sunt miseræ, vna minor huius mūdi, altera maior inferni. Ex quibus quia vnā quotidie experimur, comparationem de non experta dare nouimus. Sicut igitur si ferrum igneum alicuius capiti esset infixū, & sic cadens per omnia membra transfiret, & sicut ille interius & exterius dolorem haberet, ita ipsi per contrariū modū in omnibus membris vis interius & exterius voluptatem habent. Hæc est voluptas multitudinē virorum & mulierū videre, speciosorum vestes preciosas, præclara ædificia cernere, dul-

re dulcē cantum, sermone concinnū, organa, lyras, cytharas, & talia audire, tymiana & alias diuersi pigmenti species odorare variis epulis deliciarī, blādia & mollia tractare multā pecuniam & variā suppellectilē possidere. Hæc omnia illis infinite redduntur. O qualē voluptatem visus ipsi habebūt, quibus singula membra vt oculus solis erunt, qui Regē gloriæ in decore suo cernent, omnes Angelos & omnes Sanctos interius & exterius conspicient. Gloriā Dei & Angelorum, Patriarcharū, Prophetarū, Apostolorū & Martyrum, Confessorum & Virginum, & omnium Sanctorum videbunt. Oculos suos, facies suas, omnia membra sua interius & exterius cernent,

Esaie 33

cogitationes singulorum Intu-  
ebuntur, omnia quæ erunt in  
nouo cœlo, & in noua terra cõ-  
templabuntur, & inimicos su-  
os qui se olim affixerunt, iugi-  
ter in inferno videbunt, & de  
his omnibus ineffabiliter gau-  
debunt. O qualis voluptas au-  
ditus illorum quibus incessan-  
ter fonant harmoniæ cœlorū,  
concentus Angelorum, dulcis-  
sima organa omnium Sancto-  
rum. Olfactio qualis, vt sua-  
uissimum odorem de ipso fon-  
te suauitatis Deo haurirent, &  
odorem de Angelis & de om-  
nibus Sanctis percipient. Eija  
qualis illorum gustus, cum e-  
pulabuntur & exultabunt in  
conspectu Dei, & eum appa-  
ruerit gloria Dei inde faciabu-  
ntur, & ab ubertate domus Dei

ing-

Psal. 87.

Psal. 35.

inebriabūtur, Voluptas tactus  
 qualis, vbi omnia aspera &  
 dura aberunt, & omnia blanda  
 & suauia arridebunt. O quam  
 magna dulcedo dulcedinis di-  
 uitiarū Dei, vbi in gaudio Do-  
 mini super omnia bona sūt cō-  
 stituentur. Ecce quales sunt di-  
 uitiae beatorū. Moyse sanitas  
 ibi esset infirmitas. Salus autē  
 illorum à Domino. Quos si tē-  
 tares impetere ferro non plus  
 posses nocere quā radio Solis.  
 Talis est sanitas Sanctorū. Ma-  
 thusalem longeuitas esset illis  
 plix mortis difficultas, quos  
 mors & dolor fugient, qui in  
 impetuū vinent. En quam ha-  
 beant vitæ diuturnitatem, qui  
 indeficientē vitā foeliciter he-  
 reditabūt. Omnia quippe præ-  
 terita, præsentia & futura sci-

Psal. 30.

Lucæ 12.

O ;

cnc

ent perfecte. Omnino omnium  
 hominum siue in cœlo, siue in  
 inferno nomina, genera, opera  
 bona vel mala vnquã ab eis ge-  
 sta norunt. Et nihil est quod e-  
 os lateat, cum in sole iusticiæ  
 cuncta pariter videãt. *Disc.* Sci-  
 ent ergo ones Sancti quæcunq;  
 feci? *Magist.* Vtiq; non solum  
 quæ fecisti, sed quæ vnquam  
 vel cogitasti vel dixisti, aut a-  
 liquis homo siue bonum siue  
 malum memoriter cognoscent.  
*Discipulus.* Quid tunc valet cõ-  
 fessio & pœnitentia peccato-  
 rum si non delebuntur & si  
 ipsi debent fœda & turpia fla-  
 gitia nostra scire quæ etiam ex-  
 horresco cogitare? *Magister.*  
 Quid abhorres, quid times? an  
 vereris quia de factis tuis ibi  
 confundaris? De fœdissimis  
 & turp.

& turpissimis actibus tuis confessis, & pœnitentia lotis, non plus verecundaberis quàm si quis nunc tibi narraret, quod olim gessisti in cunis. Nihil est aliud peccata dimittere, vel delere quàm punire. Per pœnitentiam & confessionem remittuntur, sed de Dei & Sanctorum scientia nunquam delebuntur. *Discipulus.* Vellem mihi exemplo probari, *Magister.* Nūquid scis quod David homicidium & adulterium perpetravit? *Disc.* Scio. *Mag.* Non nosti Mariā peccatricē fuisse, Petrū Christum periurio abnegasse, Paulum Ecclesiā crudeliter impugnasse? *Disc.* Noui. *Mag.* Credis eos esse in cœlo? *Disc.* Credo. *Magister.* Si igitur tu adhuc corruptibilis & fragilis

r. Reg. 11.  
Lucæ 7.  
Matt. 26:  
Actuū. 8.

hæc nosti, quāto magis illi no-  
runt qui ab omni corruptione  
& fragilitate liberati erūt Nūc  
tamen non inde verecundātur,  
sed magis de sua saluatione glo-  
riantur. *Disc.* Non abhorrent  
Angelicales vel Sancti, qui pe-  
nè nihil peccauerunt, nō habe-  
bunt de eis poenas? *Mag.* Ne-  
quaquā, sed sicut amici his cō-  
gaudent qui naufragiū vel ali-  
quod graue periculum euadūt,  
ita Angeli & Sancti Dei de il-  
lorum euasione congratulātur,  
quibus omnia etiā ipsa peccata  
in bonum cooperātur. Et sicut  
magnus medicus de desperato  
agro si eum sanauerit laudatur  
ita Deus vberius de illorum sal-  
uatione glorificatur. *Disc.* O im-  
mensa læticia. *Mag.* David &  
Ionatæ amicitia illis esset inimi-  
cicia.

Rem. •



citia. O quam dulcis amicitia illos copulat, quos Deus ut filios suos amat, & ipsi Dei plus quam seipfos diligunt, & omnes Angeli & omnes Sancti eos ut seipfos diligunt. Lelij & Scipionis concordia esset ibi discordia. Sane eorum concordia est ut oculo quo vnus aspicit, mox se alter illuc floctat. Quid si aliquis illorum volet, hoc Deus, hoc Angeli, hoc omnes Sancti volent. *Disc.* Si Deus & Sancti voluit quod ego volo, tunc velim esse æqualis Petro. *Magist.* Certe si hoc volueris, continuo eris. Non dico quod Petrus sis, sed Petro similis. Nam si cuperes Petrus esse, cuperes non subsistere. Si enim essentiã exueres, nihil esses, quamuis nullus plus ibi cupiat quam pmeruerit Sicut

nec pes cupit oculus esse, aut manus auris, vel vir esse mulier. Si enim aliquid plus cuperent, plenum gaudium non haberent. Sed omnes plenum gaudium habebunt, ideo nihil plus cupient quam habebunt, & nihil plus poterit abiici gaudio eorum. Quod enim in se quisque non habuerit in altero habebit. Verbi gratia. Petrus in Ioanne gloriam habebit virginitatis, Ioannes in Petro gloriam passionis, & ita gloria vnius cuius erit omnium. Dic ergo, quid cupere plus poterunt qui Angelis coæquales erunt? & hæc omnia quæ iam memoraui & plura habebunt. Alexandri ampla potentia esset, vel angusta custodia. Nempe illorum tam efficax erit potentia,

tia, vt si aliud cœlum & aliam  
 terram facere velint potenter  
 possint. Sunt etiam filij Dei  
 concordēs Christi, & ideo dij,  
 vt dicitur, Ego dixi dijestis.  
 Et ideo quia dij sunt, omnia  
 quæ volunt possunt. *Disc.* Etsi  
 possunt, quare non aliud cœ-  
 lum faciunt? *Mag.* Deus nihil  
 imperfectum reliquit qui om-  
 nia in mensura & numero &  
 pondere fecit, Etsi aliud cœ-  
 lum faceret, esset superfluum,  
 sed nihil volent quod sit inde-  
 cēs aut superuacuum. Nos au-  
 tem multa possumus quæ tamē  
 non facimus, vt saltare, curre-  
 ro. *Disc.* Hæc omnia possunt  
 credi de Apostolis, & summis  
 Sanctis. Circa nos bene agi-  
 tur, si nobis in seruitio eorum  
 viuere conceditur. *Magister.*  
 De om-

Psal. 81.

De omnibus iustis omnino dictum est, erunt æquales Angelis Dei. Sicut igitur Rex præteriens aliquē in cenā iacentem quem leuari, balneari, vestibus suis indui iuberet, nomen suum ei imponeret, in filium eum adoptaret, regnū ei in hereditatē daret. Ita cernens nos in luto peccatorum, de quo nos per fidem leuauit, baptisate lauit, nomen suum diuinitatis imposuit, in regnū suum heredē asciauit. Vnde dicitur. Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quāuis ergo alius alio præstantius, alius alio conuenientius gloriā p̄ meritis sortiantur, tamē omnes vnā domū Patris licet diuersis mansionibus, vnum denarium diuisione Dei in consortio

Angē-

IOAN. 2.

IOAN. 14.

Angelorum percipient. Ioseph honor esset eis dedecus. O qualem honorē ipsi habebūt, quos Dominus vt filios honorat. Angeli vt principes, omnes Sancti vt Deus venerantur. Debitor enim est eis Deus, quia hoc quod statuit facere, ad hoc vt fieret toto visu se præparaucere. Debitores sunt eis Angeli, qui quòd eorum numerus est impletus quātum in ipsis fuit, ipsi effecerunt. Debitores sunt eis Sancti, quia qui binā stolā, immo centuplum perceperunt, in eis ex magna parte habebūt. Debitores sunt eis cœlū & terra, omnis creatura, quia quod tam excellenter immutata sunt vt hoc fieret, suis meritis festinauerunt. Helye & Enoch securitas, esset eis timoris anxietas

tas qui ita securi erunt, quod nec mortē, nec aliud infortunium timebunt. Hæc omnia nūquam amittere pauebunt. Deus eis non aufert, cum filij sint charissimi. Et ipsi nunquam amittere volunt, igitur nunquam ea perdunt. De culeo vero allicuius erepti & ad regnum rapti, læticia esset illis mœsticia. O qualem ipsi habebunt exultationem, qui in gaudium Domini intrabunt. O Deus, quantum gaudiū habebunt, qui Patrem in Filio, & verbū in Patre, & Spiritus sancti charitatē in utroq; , sicuti est facie ad faciem videbunt. Gaudium habebunt de sorte Angelorum, gaudium de contubernio omnium Sanctorum, gaudium in quā de bonis Domini interi; &

exterius, supra se & infra se,  
in circuitu & vndiq;. Ad hoc  
omnes amicos suos (quorum  
multa milia sunt) his delicijs  
affluere & superabundare gau-  
debunt. Sicut hi igitur amici  
Dei nimium fideles peremerunt  
in Domino gloriantur. Ita eco-  
trario inimici eius nimium mate-  
ri & infideles cruciabuntur. Et  
sicut isti maximo decore filu-  
stratur, ita illi maximo honore  
deturpatur. Et sicut isti summa  
agilitate sunt alleuiati, ita illi su-  
ma pigritia adgrauati. *Discip.*  
Omnium quæ ardebat ani-  
mus scire doctissime præce-  
ptor, ita resolutionem tradi-  
disti, vt quid aliud quæstio-  
nis habeam ignorem. Sed  
& pro beneuola tuæ humani-  
tatis gratitudine, quo dignus

munc-

munere? Vicissitudine laboru  
tuorum optimus maximus re-  
tributor Christus Iesus repen-  
dat. Cuius sapientia, omni po-  
tenti auxilio Patris, inspirato  
deniq; munimine Spiritus san-  
cti vnae trinae Deitatis gratia  
tam perite siluam dubietatum  
mearum succidisti. *Magister.* In  
laudemeius, atq; animae tuae  
aedificationem omnia lubens  
egi. Posthac quae subtiliora oc-  
currerint indagare, commu-  
nicanda tibi scias. Sed  
vale. *Disc.* Et tu va-  
le praceptor dul-  
cissime.

*Elucidarii dialogici finis.*







<http://rcin.org.pl>

2109